






# ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ.



# ARISTOTELES.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

# ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ.

# ARISTOTELIS

## OPERA OMNIA.

## INDEX

NOMINUM ET RERUM

ABSOLUTISSIMUS.

VOLUMEN QUINTUM

CONTINENS

INDICEM NOMINUM ET RERUM.




PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT,

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXIV.

# PRÆFATIO.

Quibus de causis factum sit, ut hic index Aristoteleus, qui ineunte mense Augusto anno MDCCCLXX longe maximam partem typis jam exscriptus erat, nunc demum post diuturnam intermissionem in lucem prodeat, non hujus est loci pluribus enarrare. Prodit tandem et ita hæc editio Aristotelis scriptorum quotquot sive revera exstant, sive immerito nomen philosophi præ se fèrunt, absolvitur, quæ ante hos XXV annos incepta non uno tantum modo experta est, quam instabilis et incerta sit humanarum rerum conditio. Postquam enim e vivis excessit qui tertium ejus volumen et priorem partem quarti curavit et præterea operosum tædiique plenissimum laborem indicis conficiendi in se susceperat, Cats Bussemaker, et ipse Fr. Dübnerus, cujus felici industriæ indefessæque diligentiæ primum et alterum volumen debentur, supremum diem obiit. Non hoc sane speraverat vir optimus qui primo volumini præfatus est, se solum, absoluto opere, in vivis superstitem fore ex omnibus, qui inde ab initio huic Aristotelis editioni salutarem manum admovissent. Quod si ipse ille dies mensis Novembris anni quadragesimi octavi hujus sæculi, quem præfationi primi voluminis subscripsit Ambrosius Firminus Didot, imperturbatam ab omnibus externarum rerum mutationibus et, ut ita dicam, in proposito obstinatam mentem viri præstantissimi arguerat, nunc totum opus inter tot et tam varia obstacula ad finem feliciter perductum, non minus luculento exemplo, paratum ejus animum ad juvanda antiquarum litterarum studia ostendit. Nam quibus ipse ornamento est (1), iis pro virili parte per

(1) Cujus rei, etsi supervacaneum fortasse iis videri poterit, qui illicus viri egregia in Thucydidem merita norunt, documentum quoddam hic dare liceat,

quinquaginta annorum spatium nunquam opitulari desiit, ita ut qui eorum patronus quasi hereditarius jam fuisset, multo etiam magis, omnium consensu, propriis beneficiis factus sit.

Quod ad ipsum indicem attinet, qui se absolutissimum profitetur, paucis lectorem morabor.

Sicuti ante hos tres annos, jussu Academiæ regiæ Berolinensis, in lucem emissus index Bonitzianus, qui sive usum loquendi Aris-

adscriptis iis, quæ mihi nuper per litteras communicavit de glossa Hesychiana : ἀειναῦται· ἀρχῆς ὄνομα παρὰ Μιλησίοις, quam probabiliter sane Aristoteli de hac re in Milesiorum republica disserenti, vindicandam esse arbitratur. Plura quam apud Hesychium, ubi quid sibi velit locus Herodoti IX, 93, a nuperrimo editore lexici laudatus, extricare nequeo, leguntur in Plutarchi quæstionibus græcis, de cujus utilissimæ collectionis fontibus miror neminem ad hunc usque diem accuratam instituisse disquisitionem. Hæc itaque apud illum c. 32, p. 298 D : Τίνες οἱ ἀειναῦται παρὰ Μιλησίοις; Τῶν περὶ Θόαντα καὶ Δαμασήνορα τυράννων καταλυθέντων, ἑταιρεῖαι δύο τὴν πόλιν κατέσχον, ὧν ἡ μὲν ἐκαλεῖτο Πλουτίς (de quo nomine, olim Πλοντὶς scripto, conferenda est Wyttenbachii adnotatio), ἡ δὲ Χειρομάχα, κρατήσαντες οὖν οἱ δυνατοὶ καὶ τὰ πράγματα περιστήσαντες, εἰς τὴν ἑταιρείαν, ἐβουλεύοντο περὶ τῶν μεγίστων, ἐμβαίνοντες εἰς τὰ πλοῖα καὶ πόρρω τῆς γῆς ἐπανάγοντες. Κυρώσαντες δὲ τὴν γνώμην κατέπλεον καὶ διὰ τοῦτο ἀειναῦται προσηγορεύθησαν. Pertinent hæc sine dubio ad internas Milesiorum seditiones, de quibus narraverat etiam Heraclides Ponticus, teste Athenæo, XII, p. 523 F, quarum culpa aliquando factum esse videtur, ut pars civium, si ita dicere licet, in Versalias marinas confugere coacti sint. Vocem ἀειναυτῶν apte cum simili forma apud Dionysium Halic. Ant. rom. IV, c. 74 ἀειβασιλεὺς contulit Lobeckius in Pathologiæ græci sermonis elementis t. I, p. 590. Abeat igitur hic locus in numerum fragmentorum quæ e Politiis aristoteleis ætatem tulerunt.

Præterea nonnulla alia sunt quæ item fragmentorum collectioni addi possunt. Satis autem erit ea indicasse quæ a Rosio in t. V editionis Berolinensis ex arabico indice prolata sunt cui nomen Ptolemæi philosophi inscriptum est, in quo sub formis Almikun, Ablikun, Atlikun quæ leguntur p. 1472 B, facile erit Apellicontem agnoscere. Deinde de necessitudine quæ inter Aristotelis Protrepticum et Hortensium Ciceronis intercesserat, egregie disputatum est a viro doctissimo Ingram Bywater, in diario inscripto *The Journal of Philology*, vol. II, n. 2. Præsertim vero commemorandæ sunt utilissimæ simul et ingeniosissimæ conjecturæ quas ad Aristotelis fragmenta vir minus non grammaticæ quam criticæ artis peritissimus Carolus Thurot diariis *Revue critique* et *Annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques en France* inseri jussit.

toteleum accuratius cognoscere, sive quomodo singulis in locis librariorum errores probabiliter emendandi sint investigare cupientibus, mirum est quam firmum auxilium præbeat quantoque adjumento sit, verba scriptoris præcipue respicit, ita hic noster index rerum qui vocatur, talis est quales ceteris quoque in hac Bibliotheca editis scriptoribus adjecti sunt. Quod sane commodissime accidisse arbitror, cum ita spes quædam remaneat, etiam post eum de quo diximus, non ab omni plane utilitate hunc nostrum indicem destitutum fore.

Nostrum autem si voco, quomodo hoc accipiendum esse velim, jam paucis explicabo. Cum opus multorum annorum fore prævidisset, statim primo volumine typis exscripto, excerpta sua in singulas chartas contulit Bussemaker, quæ usque ad paginam quingentesimam septuagesimam quintam tertii voluminis continuavit. Hæ chartæ postquam mihi traditæ sunt, reliquum erat ut cetera quoque excerperem atque deinde omnia in rectum suumque ordinem disponerem. Quod quomodo a me factum sit, penes illos qui indice uti volent judicium esto. Illud tantum addam singulorum librorum titulos numeris voluminum et paginarum ideo a me non adscriptos esse ne moles hujus voluminis magis etiam augeretur. Eadem de causa factum est, ut nullo discrimine res a philosopho tractatæ cum iis quæ in libris pseudepigraphis memorantur permixtæ sint.

Librorum tituli quibus in disponendo rerum naturalium indice, qui in fine additus est, præcipue usi sumus, hi sunt :

*Histoire des animaux d'Aristote, avec la traduction française, par M. Camus. Paris,* 1783;

*Aristotelis de animalibus historiæ ll. decem ed. J. G. Schneider. Lipsiæ,* 1811;

*Sundevall, C. J. die Thierarten des Aristotéles, aus dem schwedischen übersetzt. Stockholm,* 1863;

*Aristoteles Thierkunde, übersetzt von H. Aubert und Fr. Wimmer. Leipzig,* 1860.

Nomina gallica Indici rerum naturalium addita adscripsit vir clarissimus et de re botanica inprimis meritissimus Fée, per multorum annorum spatium in Academia Argentoratensi professor,

qui, precibus editoris amicissimi concedens, eandem operam quam Theophrasto in hac Bibliotheca edito navaverat, Aristoteli quoque præstare voluit.

Argentorati, Idib. Nov. a. MDCCCLXXIII.

ÆM. HEITZ.

# INDEX RERUM ET NOMINUM.

## A.

II, 401, 38; II, 402, 2, 8; ad eas nihil confert idea boni II, 190, 18; omnibus commune est quod secundum rectam rationem fieri debeat II, 15, 40; suas homo generat, idque e quibusdam principiis II, 140, 37; earum principia consilium, voluntas et recta ratio II, 140, 47 s.; mutantur, idque sponte II, 140, 41, 44, 49; ideoque et earum principia II, 140, 44, 50; in ea sectanda sunt necessarium et consentaneum, 463, 38; 464, 3; 469, 4.

Actio (*quid ad habitum conferat*): iis definitur habitus II, 42, 35; alio modo voluntariæ ac habitus II, 31, 23; quæ singula quaque occasione peraguntur ad has ipsas actiones proclives reddunt II, 30, 16; qui ad aliquam se exercent probant habitus ex agendi assiduitate acquiri II, 30, 17; ab iis pendet quales futuri sint habitus II, 15, 39; unicuique ei familiares gratæ sunt II, 93, 20; quæritur an plus ad virtutem conferant quam consilium necne II, 125, 50.

Actio (*quatenus eam spectet ars scientiave*): ad eam non pertinet ars II, 63, 36; ab iis incipienda artis moralis pertractatio II, 15, 37; eas quæ spectant nihil stabile habent, præsertim si singulatim pertractentur II, 15, 47, 49; singulas quæ spectant, nec sub artem nec sub præceptionem ullam cadunt II, 15, 50; ubi de iis disputatur, dissertationes universales inanes, particulares vero veriores sunt, idque quare II, 20, 42; eas quæ spectant quæstiones non magis definitæ sunt quam res circa quas versantur II, 105, 28, 50; ex iis argumenta petenda de optabili, 201, 42; eas imitatur saltatio, 457, 22.

Actiones et affectus (πράξεις καὶ πάθη); circa eos versatur virtus moralis II, 16, 43; II, 19, 42, 50; omnes comitatur voluptas vel molestia II, 16, 44; morum sunt indices IV, 209, 22 s.; iis inest excessus et defectus II, 19, 42, 49; nonnullis deest medium ideoque et excessus et defectus, idque quibusnam II, 20, 20 ss., 30; quibusnam laus tribuatur II, 134, 19; honesti et inhonesti ratione habita non per se, sed ex fine diversæ sunt, 617, 44; quæ honores aut opes tanquam finem sibi proponunt absolute pulcherrimæ sunt, idque quare, 616, 8; circa ipsas rebus ipsis majorem fidem habent quam verbis II, 116, 43; ex iis petitur laudatio, 331, 39, 46; eorum qui magna mala perpessi sunt, misericordiam movent, 359, 40; e dissidentibus quomodo petantur enthymematum argumenta, 379, 37; breviter proponendæ sunt, ubi adolescentis animi dotes laudare inchoas, 447, 12; item ubi viri, 447, 33; in hominum inquirimus in oratione inquisitoria, 453, 49; 454, 13.

Actiones alienæ (ἐκείνων πρ.); eas melius contemplari possumus quam nostras II, 113, 5.

Actiones bonæ (εὐπραγίαι); quæ erga alios fiunt, honestæ sunt, 330, 35; item quæ erga benefactores, 330, 36; a virtute vel a mente proveniunt II, 123, 29.

Actiones honestæ (πρ. καλαί); earum gratia fit societas civilis, 530, 22; a virtute pendent II, 186, 30; circa eas versatur vita politica II, 186, 29; eas nonnulli voluptatibus corporalibus et prudentiæ præferunt, etiam si ex iis nullam gloriam reportent II, 187, 36; eas politici revera sic dicti sui ipsarum gratia præferunt II, 187, 42; iis gaudere assuefieri debemus, 629, 47; circa eas quoque loco cedere licet amico II, 112, 14; ab iis refugit animo humilis II, 48, 36; eas facere non licet, nisi ei qui tantum differt quantum maritus ab uxore, vel pater a liberis, vel dominus a servis, 604, 40; externarum eos inprimis auctores esse dicimus qui cogitando architecti sunt, 605, 9.

Actio et passio (τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν) (*de illis aliorum sententiæ*); de iis quatenus rebus naturalibus competunt, excepto Democrito, nemo aliquid protulit, quod mentione dignum sit II, 434, 24; rebus quibus insunt necessario subjectum esse debet commune II, 444, 40; idque recte pervidit Diogenes II, 444, 35; eas rebus dissimilibus tribuunt, similibus vero abnegant antiqui plerique II, 445, 46 s.; Democritus vero eas similibus tribuit, dissimilibus abnegat II, 446, 2 s.; eas meatuum ope fieri putabat Empedocles II, 447, 42 s., 50; II, 448, 41; de iis maxime modo ordini et rationi consentaneo disseruerunt Leucippus et Democritus II, 448, 1; quomodo eas fieri censeat Leucippus II, 448, 37, cf. 43 s.; II, 450, 13; II, 451, 13 ss.; iis utuntur cum qui elementa generant, tum qui res ex iis factas II, 444, 26 ss.; iis tribuunt generationem qui plura elementa esse censent II, 444, 32 s.;

Actio et passio; sine iis fieri nequit alteratio II, 444, 30 s.; sine contactu obtinere nequeunt II, 444, 45, 50 s.; igitur antequam de iis sermo fiat, de contactu dicendum est II, 444, 43 s.; necessario competit rebus quæ se invicem tangunt II, 448, 14, 31; non quibuslibet rebus competunt II, 446, 24; res quibus competunt aliquatenus eædem, aliquatenus diversæ et dissimiles esse debent II, 446, 32 s.; competit rebus contrarietate præditis vel intermediis II, 446, 25, 31, 36 s., 41; id est rebus quæ genere eædem sunt, specie vero differunt II, 446, 26 ss., 34 ss.; eodem modo se habent ac movere et moveri II, 447, 1 s.; exponitur quomodo revera fiant II, 450, 43 ss.; non alia ex parte fiunt, alia ex parte non, sed omni ex parte simul II, 450, 46 s.; non competit corporibus quæ nec se invicem tangunt, nec alia corpora naturaliter actioni et passioni obnoxia II, 450, 52 s.; probantur non ita fieri posse, ut alia ex parte obtineant, ex alia vero non II, 451, 4 ss.; probatur discissis corporibus fieri non posse, ut putant atomorum assertores II, 451, 13 ss.; alicujus rei qui novit, eum hanc rem scire vix dicimus II, 490, 43.

Actio (πρᾶξις); ejus imitatio tragœdia, 461, 10, 23, 43; 462, 21; moribus et sententia qualitatem quamdam induunt, 461, 26; ejus causæ duæ, mores et sententia, 461, 26; ejus imitatio fabula est, 461, 29; tragœdiæ finis, 461, 45; iis felices sunt homines vel contra, 461, 47; quænam inter eam et mores intercedat ratio, 461, 48; ea carere nequit tragœdia, 461, 51; pessime comparata est si agnoscens cunctetur nec inexpiabile facinus perpetret, 468, 16; secundum locum occupat, si facinus perpetret, 468, 20; melius se habet, si ignorans perpetret deindeque post facinus agnoscat, 468, 21; optime se habet, si propter ignorantiam in eo sit ut perpetret, sed ante perpetrationem agnoscat, 468, 13, 23; nihil continere debet quod rationi repugnet, sin vero minus, extra tragœdiam relegandum est, 469, 15; 478, 29; in ea quæ fiunt probatio, amplificatio, vel metus aut misericordiæ excitatio quatenus eædem sint ac quæ in oratione fiunt, et quatenus differant, 472, 14 ss.; aliæ simplices, aliæ implicatæ, 465, 7; quænam simplex, 465, 9; quænam implicata, 465, 11; episodicæ pessimæ sunt, 464, 39.

Actio (ὑπόκρισις); tertia pars rhetoricæ, quam ultimo loco excoluerunt, 385, 18; sero ad artem tragicam et rhapsodicam accedit, 385, 19; nondum ejus ars condita est, 385, 18, 32; maximam vim habet, 385, 17; magis naturalis quam elocutio est, 386, 1; in voce posita est, 385, 28; ea qui præstant in civilibus controversiis maxime valent et quare, 385, 31; de poetica libros conscripserunt cum Glauco Teius, tum alii, 385, 23; eam quæ respiciunt, sublata actione, inepta

**videntur**, 400, 33; in quibus ea maxime opus est, in iis minime inest accuratio, 401, 19; ea opus est, ubi voce, atque inprimis ubi magna voce, 401, 20.

Activi (οἱ πρακτικοί); vel ubi rei essentiam investigant, non æternum spectant, sed alicujus respectu temporisque præsentis II, 486, 26 s.

Activum (τὸ ποιητικόν); πρακτικοῦ et ποιητικοῦ differentia II, 156, 25 ss.; sibi simile efficit patiens II, 446, 40, cf. 42; ad passivum refertur II, 526, 36 s.; ejus actus patienti inest III, 463, 14 s.; ubi tangit passivum, quo modo, quo loco et quo tempore alterum in alterum agere potest, statim agit III, 357, 52 ss.; semper ab eo pendet affectus III, 451, 10 s.; ita se habet, ut si omnia ei insint quæ ad ejus notionem pertinent, statim agat III, 523, 18 ss., cf. 27 s.; III, 528, 31 ss.; quædam eorum afficiuntur, quædam vero non II, 447, 24 s.; quænam igitur affectu careant II, 447, 12, 18; quænam afficiantur II, 447, 19 s.; circa ea res se habent ut circa motum II, 447, 25 s.; eorum alia a se invicem afficiuntur, alia omni affectu carent II, 452, 43 s., non afficiuntur autem quorum eadem non est materies ac rerum in quas agunt II, 452, 44 s.; afficiuntur vero quorum eadem est materies II, 452, 43 s.; quæ affectui obnoxia non sunt, iis non competit mixtio II, 452, 45; quæ a se invicem affici possunt, etiamsi facile dividi possint, si ita sibi invicem addantur, ut alterius copia alterius quantitatem magnopere superet, non fit mixtio, sed rei superantis accretio II, 452, 47 ss.; si aliquatenus æqualia sunt potentia, utrumque mutatur in id quod natura sua superet, fitque ex iis aliquid intermedium et commune, id est miscentur II, 452, 53 ss.; quando alterum (eorum quæ a se invicem afficiuntur) solummodo passivum, sit, aut valde passivum, alterum admodum remisse, mixtum parum aut vix ab altero eorum differt II, 453, 12 ss.

Actor; pater Protesilai et Podarci fr. 315, a.

Actor primarum partium (πρωταγωνιστής); cum induxit Æschylus, 460, 13.

Actus (ἐνέργεια); eum semper fuisse censent Leucippus, Plato, Anaxagoras, Empedocles II, 605, 27, 38 ss.; qualis eum respiciat definitio II, 559, 51; ejus natura per inductionem in singulis patescit II, 568, 4; cavendum ne in genere constituendo habitui subjiciatur, nec vice versa, 214, 1; item ne ad eum fiat relatio, ubi πρός τι definiendum est, 246, 50; finis est II, 570, 30; II, 572, 13 ss.; opus est II, 570, 44; determinatus est et hoc aliquid atque ad determinatum et hoc aliquid pertinet II, 628, 11 s; vocis significatio latius se extendit quam actus secundum motum II, 564, 11 ss.; differt a potentia II, 450, 45; II, 452, 8; sine potentia ei respondente esse nequit III, 492, 22 s.; ad eum evehitur potentia II, 113, 25; semper potentia prior est, 36, 53; probatur potentia notione vel cognitione prior esse II, 569, 49 ss., cf. 44; II, 604, 42; ejus causa potentia sumitur II, 572, 13 ss.; quando simpliciter, quando magis quam potentia finis est II, 570, 50; eidem inest cui potentia III, 500, 32 s.; quinam sine potentia sint, 36, 54; quinam cum potentia, 37, 5; dicitur vel ut motus ad potentiam, vel ut substantia ad materiem II, 563, 12 s.; eo constat ut res adsit non potentia II, 567, 49 s.; unicus in indivisibili tempore unicæ potentiæ respondet, idque quare III, 490, 46 s.; bona potentia melior et honorabilior esse probatur II, 572, 1 ss.; in malis rebus potentia pejor esse probatur II, 572, 13 ss.; quomodo ad eum se habeat potentia notum est III, 222, 28; quomodo a motu differat II, 568, 35 ss.; primo loco de motu dicitur II, 566, 24 ss; aliquatenus idem haberi potest ac motus et affectus III, 451, 7 s.; non solum motui, sed etiam immobilitati competit II, 90, 31; quod ad tempus attinet, probatur specie prior, sed numero posterior esse II, 569, 52 ss., cf. 45 s., II, 570, 22 ss.; semper alius alium tempore prægreditur usque ad eum qui primarie movet II, 571, 10, cf. II, 570, 6; qui tempore prior et dignitate prior II, 571, 12; probatur substantia prior esse II, 570, 24 ss., cf. II, 569, 45; quando in re quæ fit, quando in agente sit II, 570, 52 ss.; contrarii simul adesse nequeunt II, 572, 9 s.; nihil impedit quominus alius in alio sit II, 276, 10; nec quominus duarum rerum idem sit II, 276, 13; ejus non est generatio II, 338, 26; numero unus rei numero unius II, 313, 29; forsan non necessario unus est, ubi habitus numero unus est II, 313, 30; ei opponitur materies II, 614, 41.

Actus (ἐνέργεια) (*quatenus mores spectet*); fit non est, ut possessio quædam II, 112, 50; e similibus oriuntur II, 15, 29; danda opera ut eos certo quodam modo conformemus II, 15, 30; iis non respondent artes II, 88, 12; eum docere nequit scientia II, 174, 33; specie differentes etiam voluptatibus specie differentibus perficiuntur II, 121, 10; quinam optimus et perfectissimus ac jucundissimus II, 120, 15, 17; eum perficit voluptas idque quomodo II, 120, 24 ss., 32, 52; II, 121, 5; II, 124, 48; sine eo non fit voluptas II, 121, 4; unicuique circa ea inprimis est quæ maxime amat II, 120, 49; specie differunt quæ ab intellectu pendent ab iis quæ a sensibus II, 121, 12; II 122, 11 ss.; quænam iis propriæ sint voluptates ac molestiæ II, 121, 45; eos augent voluptates unicuique propriæ II, 126, 16, 21, 37; eos impediunt voluptates alienæ æque ac molestiæ propriæ, sed non eodem modo II, 121, 24, 38, 47; nullus perfectus est si impeditur II, 88, 47; differunt bonitate et pravitate atque alii expetendi sunt, alii fugiendi, alii neutrius modi II, 121, 49; cum iis arctius conjunctæ sunt voluptates quam cupidines II, 122, 3; partim necessarii sunt ac alius causa expetuntur, partim per se expetuntur II, 122, 52; per se expetendi sunt, unde nullum aliud emolumentum quærimus nisi actum ipsum II, 123, 4; quinam per se expetendi II, 123, 6, 8; ejus gratia fit ludus II, 123, 38; quomodo ab habitu differat II, 8, 16; uniuscujusque fines sunt ea quæ habitum spectant II, 32, 23; melior est dispositione (διαθέσει) II, 192, 42; si est alicujus rei usus, agere est uti, 2[illegible], 45; principatum tenet II, 113, 25; extra non est II, 222, 52; interrogationis et cogitationis et appetitionis locum tenet, ubi sine ratiocinatione agimus III, 522, 12 s.

Actus proprie sic dictus (ἡ ἁπλῶς ἐνέργεια); rei perfectæ competit et eatenus a motu differt III, 469, 41 s.

Actum habens (τὸ τὴν ἐνέργειαν ἔχον); non e qualibet materie facit quodlibet III, 361, 50 s.

Actu quod fit (τὸ κατ' ἐνέργειαν); bonum est II, 222, 39.

Actus (ἐντελέχεια); eo ubi quid constat magis id quod est esse dicitur quam ubi potentia II, 262, 10; ab eo aliquid gigni potest II, 441, 52; separat II, 553, 46; duplex est, vel ut scientia, vel ut contemplatio III, 444, 31; qui se habet ut scientia, generatione primus est III, 444, 36 s.; id est quod proprie ens et unicum dicitur III, 444, 48; uniuscujusque rei suapte natura subit propriam materiem, id est id quod potentia est III, 447, 13 s.; ejus quod potentia est notio est III, 449, 3 s.

Actus et perfectio (ἐνέργεια καὶ ἐντελέχεια); quænam inter actum et perfectionem intercedat affinitas II, 566, 25; II, 570, 45.

Actus et potentia (ἐνέργεια καὶ δύναμις); pro portione in

sc concoctus sunt, qui propter alimenti copiam non in carnem convertitur III, 236, 15 ss., cf. 40, 50 s.; probe concoqui ac nutrire possunt III, 236, 17 s.; iis carent animalia exsanguia, idque quare III, 236, 20 s.; modica eorum copia animalibus prodest, idque quomodo III, 236, 32 ss.; nimia vero nocet et interimit, idque quomodo et quare III, 236, 35; sensu carent, idque quare III, 236, 39 s., v. *Pinguedo*.

Adhærentia (προσπεφυκότα) animalia; aquatilia sunt idque quænam III, 2, 54 ss.; quædam interdum vagantur, idque quænam III, 3, 4 ss. v. *Animalia sessilia*.

Adjectio (πρόσθεσις); primus argumentorum de accidente locus ex ea petendus, 196, 42; item secundus, 196, 45; secundus non invertitur ad refellendum, 196, 50; quænam ex ea petantur argumenta de optabili, 202, 7; quomodo ea utendum, ut universaliores fiant loci magis ac minus spectantes, 203, 15; quomodo ex ea dijudicetur quæstio an duæ res numero idem sint 256, 23.

Admetus; Pheretiades, pater Eumeli fr. 315, a; fr. 154, a.

Administratio (οἰκονομία); ejus quattuor genera ad quæ reliqua referri possunt, scilicet regia, satrapica, civilis et privata, 639, 12; ejus varia genera multa communia habent, 639, 13; in omni curandum ne reditus excedant impensæ, 640, 4.

Administrator (ὁ οἰκονομεῖν μέλλων); qualis esse debeat, 639, 7; considerare debet quinam reditus desint, etiam si provenire possint, 640, 12; item quinam augmentum admittant, 640, 13; item quænam impensæ sine detrimento omitti possint, 640, 15.

Admirabile; quidpiam ex re admirabiliori exsistere neutiquam absurdum est IV, 54, 28 s.

Admirans; se ignorare putat II, 470, 52.

Admirari; jucundum est, 337, 7, 16.

Admirari (θαυμάζειν); noctuam quando aviculæ dicantur III, 173, 12 ss.

Admiratio (τὸ θαυμάζειν); philosophiam peperit II, 470, 45 ss., cf. II, 471, 30; eam movent quæ secundum naturam fiunt et quorum causa ignoratur IV, 54, 1 s.; quæcunque præter naturam ad utilitatem hominum arte fiunt IV, 54, 2 s; eam movere jucundum est, 336, 51; in eam non proclivis est vir magnanimus II, 46, 10.

Admiratores; nostros amamus, 352, 29; eorum nos pudet et quare, 356, 29; 357, 18.

Admissura (ὀχείας ὥρα); ejus tempestatem quænam ad prolem alendam idonea sit omnes considerant IV, 323, 17 s.

Admonitio (νουθέτησις); docet animæ partem rationis expertem rationi obedire II, 14, 21.

Adolescens; rerum mathematicarum vel geometricarum peritus evadere potest, sed non prudens, idque quare II, 71, 2 ss., 38; rebus naturalibus et ad sapientiam pertinentibus non credit, sed eas affirmat tantum II, 71, 38; ei non competit experientia II, 71, 33; quomodo ejus animi dotes laudandæ sint, 447, 11 ss.; ejus res gestæ quomodo in laudatione cum aliorum comparandæ sint, 447, 17 ss.; qui talis et ibi tantus philosophus factus est, senex factus inde maximum emolumentum cepisset, 447, 24; qui adeo robuste gymnasiorum labores perfert, vehementer in philosophiæ studiis industriam collocabit, 447, 26; quomodo circa cupiditates se habeat, 363, 28; in venerem proclives et circa eam intemperantes, 363, 30; II, 93, 1; facile mutantur et fastidiunt quæ concupiverant, 363, 31; eorum voluntates quales ægrotorum sitis et fames, 363, 34; quomodo circa iram se habeant, 363, 35; honorem amant, sed magis adhuc victoriam, 363, 38; pecuniam minus amant 363, 40; non malitiosi sunt, sed simplices, 363, 43; creduli sunt et quare, 363, 48; bona spe sunt, *ibid.*; ebriis similes, 363, 46; II, 90, 13; iis quod futurum est, multum est, præteritum vero breve, 363, 50; fortes sunt, 364, 3; item verecundi, 364, 6; iis molestum est status indifferens inter voluptatem et dolorem II, 90, 12; contrario modo affecti sunt ac senes, 364, 38; calidi sunt, 364, 49; iis propriæ sunt vires, 611, 4; militum munere fungi debent, *ibid.*; jucundum ac id quod præsens est, sectantur II, 93, 1; affectu vivunt II, 92, 52; vitæ societate conjungi volunt II, 93, 8; cito amicitiam contrahunt ac dissolvunt, imo sæpe uno eodemque die II, 93, 3, 7; II, 95, 22; iis inprimis competunt amicitiæ jucundum spectantes II, 92, 51; II, 95, 39; nonnulli utile sectantur atque ejus causa amicitias contrahunt II, 92, 46; lege tantum instituti sunt. 364, 7; magnanimi sunt, 364, 8; magis cupiunt pulchra facere quam utilia, 364, 11; mores in vita magis quam rationem sequuntur, 364, 12; amicos et sodales impense amant et quare, 364, 14; inprimis in eo peccant ut modum transeant, 364, 17; omnia se scire putant atque asseverant, 364, 20; injurias faciunt propter contumeliam magis quam propter malitiam, 364, 22; in misericordiam proclives et quare, 364, 23; risum amant, 364, 26; fortes ac intemperantes sunt, 365, 47; iis non convenit sententias vel fabulas dicere, et quare, 372, 30; imperio parere debent, 617, 28, 47; liberos non dedecent actiones multæ quæ ministris congruere videntur, 617, 41; quatenus iis utiles sint amici II, 91, 2; apud eos quidam versari debent magistratus, 614, 49; quomodo instituenda sit oratio, ut iis placeat, 365, 13; quorumnam pictorum et statuariorum opera iis spectare liceat, 630, 13.

Adolescentes; duo quomodo olim Syracusis propter causam amatoriam seditionem excitarint, 568, 38; quidam bellicosi quomodo paulatim Thuriorum rempublicam ac dynastiam mutaverint, 574, 53.

Adolescentia; suam quomodo excusare debeat orator, 432, 18.

Adolescentuli; pubescentes si vi semen prolicere conantur, simul voluptate et dolore afficiuntur III, 134, 44, ss.

Adoptivæ (θετικοί) leges; quasnam ita vocent Thebani, 519, 42.

ἀδοξότατα· ἀδύνατα fr. 347, b.

Adramytium; nomen habet ab Adramyto conditore fr. 275, b.

Adramytus; Alyattæ filius, Crœsi frater Adramytium condidit fr. 275, b.

Adrastea; nihil aliud quam Jupiter III, 642, 13.

Adrianæ gallinæ; quales III, 103. 34 ss.; quotidie pariunt III, 103, 34; sæpe pullos suos interimunt III, 103, 36.

Adriaticum mare; III, 630, 24; in illud partim Ister influere dicitur IV, 93, 10; per Istrum in id redeunt trichiæ III, 158, 52 ss.; igitur in id intrantes capiuntur, exeuntes vero non III, 159, 3 s.; Mentores id accolunt IV, 93, 1; in ejus recessu Electrides insulæ IV, 87, 19; in illo insula Diomedea IV, 87, 1; in una ejus insularum templum ostenditur a Medea exstructum IV, 93, 17 s.

Adspergo (ῥανίδες); in ea colores adspiciuntur IV, 118, 15.

*Adul silvestris*; in eam insitio artemisiæ fit IV, 28, 2.

Adulatio (κολακεία); animæ affectus II, 195, 33; ejus definitio II, 196, 2; est affectus moralis animæ vituperandus II, 150, 17; II, 216, 34, 48; quidnam ei proprium sit II, 216. 48; II, 150, 15; jucunda est, 336, 52; quænam ejus signa pudorem incutiant, 355, 48; divi-

rimus ac pro bono usurpamus II, 64, 30; jus est certo aliquo jure melius II, 64, 39; II, 65, 5; jure melius est, etiamsi ambo bona sint II, 64, 42; juris legitimi correctio est II, 64, 44; legis correctio est quatenus deficit propter universalitatem II, 65, 8; omnia bona participant in rebus quæ ad alium pertinent II, 73, 25.

Aer (*de eo aliorum philosophorum sententiæ*); eum nonnulli physici omnium rerum principium esse statuunt II, 248, 30; eum nonnulli unicum elementum esse censent II, 417, 34, cf. II, 252, 16; II, 453, 40; eum nonnulli rerum naturam esse putant II, 261, 40: cf. II, 517, 26; ex eo entia esse et facta esse statuunt nonnulli naturæ scrutatores II, 497, 7 ss; eum infinito assimilant nonnulli eorum qui de rerum natura libros conscripserunt II, 277, 13, cf. II, 278, 51; II, 280, 20; II, 282, 26; alii infinitum rei inter eum et aquam intermedio assimilant II, 277, 13; II, 280, 20; ejus ope naturam construunt omnes antiqui III, 220, 35 s; ejus transitu rares factas esse censent antiqui III, 220, 33 s.; ei assimilant naturæ scrutatores corpus quod extra cælum esse fingunt II, 282, 26; ei assimilarunt naturæ scrutatores partem sensoriam aliquam III, 230, 11 ss.; ei ens et unum assimilant nonnulli II, 489, 47; II, 497, 7; eum nonnulli plus ignis quam aquæ continere putant II, 431, 2; ex quorumnam opinione necessario ad aliquid dicatur II, 418, 3 ss, 51.; de ejus ortu absurda est antiquorum opinio III, 576, 46 ss.; nonnulli eundem, si moveatur, ventum esse putant qui in nubes et aquam convertitur, si concrescat III, 567, 51 ss.; eum per universum effusum esse multi putant II, 400, 5 s.; refutantur qui eo repletum esse censent spatium inter stellas et terram intermedium III, 553, 52 ss.; III, 554, 9 ss.; eorum opinio puerilis dicitur III, 554, 2; quomodo nonnullis causa videatur cur corpora jacta ferri pergant non amplius tangente qui jecit II, 295, 3; II, 365, 34 ss.; II, 415, 13 s.; ei forsan manus formam tribuissent antiqui naturæ scrutatores III, 221, 14; ei unum assimilat naturæ scrutator aliquis (scil. Anaximenes) II, 575, 51; eum universi formam esse ait Anaximenes III, 673, 50; eum inter corpora simplicia maxime principium esse censent Anaximenes et Diogenes II, 472, 42 s., cf. II, 408, 49; II, 479, 39, 52; operculi modo in eum agere terram propter latitudinem putant Anaximenes, Anaxagoras et Democritus II, 405, 8 s, 14; propter copiam nempe locum non invenit per quem prætereat II, 405, 22 s.; ut probent eum, ubi intercipitur, magna pondera sustinere posse, citant multa experimenta II, 405, 17 ss.; ejus profunditatem infinitam esse censet Xenophanes III, 674, 53; eum omnium principium, idque subtilissimum esse censet Diogenes III, 435, 16 s.; igitur ei animam assimilat cum ipse tum alii quidam III, 435, 15 s., cf. 40; quomodo ex eo deducat cognitionem et motum idem III, 435, 17 s.; eum aliquid esse idque valens ostendunt Anaxagoras et qui eodem modo quo ille inanis refutabant assertores II, 292, 21 ss.; eo plenum inane non est agnoscentibus ipsis inanis assertoribus II, 292, 27; eum ex innumeris similaribus visum latentibus compositum esse putat Anaxagoras II, 416, 7; eum igitur mixturam habet ossis et carnis et omnium aliarum rerum seminum II, 416, 5 s.; interdiu stridere et sonare a sole concalefactum Anaxagoras dicit IV, 180, 38 s., ejus et aquæ ope nos videre putabat Empedocles II, 447, 46; eum non semper in supremum locum secerni putabat Empedocles, sed interdum ut fors tulerit II, 266, 23; eum æternum esse statuebat Empedocles III. 673, 24 s.; eum aquæ calidiorem esse censet Empedocles III, 546, 28 ss.; eum, aquam et terram atomorum magnitudine et parvitate inter se differre putant Leucippus et Democritus II, 417, 4, 16; nihilominus in se invicem transire putant, id quod sic fieri non posse videtur idque quare II, 417, 17 ss.; in aere secundum Democritum multa sunt corpora individua globosa III, 539, 11 s; non mixturam esse censet Parmenides II, 456, 22; secundum Platonem ex iisdem triangulis constat e quibus ignis et aqua II, 424, 48.

Aer (*quomodo ad reliqua se elementa habeat*); elementum est ideoque odore caret III, 484, 46 s., v. *Elementa*; (*elementaris*) non idem quod aer proprie sic dictus sed ei similis II, 456, 32; rerum principium potius quam unum quodque aliud quattuor elementorum, idque quare II, 256, 5; præstat tamen rem inter eum et ignem intermediam principium rerum esse statuere II, 256, 2.

Aer (*quomodo se ad aquam habeat*): similis est aquæ II, 427, 36; ei similis est aqua II, 427, 34; forma est, si ad aquam respicitur II, 291, 48; aquæ quasi actus est II, 291, 48; potentia aqua est, sed non eodem modo quo aqua potentia aer est II, 291, 50; quatenus ejus materies sit aqua, quatenus ejus actus II, 291, 48 s.; II, 292, 2; aquam tangit II, 293, 3; aquam circumdat II, 394, 28; III, 555, 15 s.; III, 576, 12; ubi ex aqua fit moles augetur II, 442, 27 s; ubi ex aqua fit, nec aer, nec aqua augentur, sed altera interit, alter gignitur II, 442, 32 ss.; si quid augeatur, id augetur quod utrinque subest, puta corpus II, 442, 33, cf. 30; eum non ex aqua fieri videmus eodem modo ac res quæ exit ex alia re manente II, 441, 42; fieri igitur nequit ex aqua, ita ut aqua non mutetur, nec ejus materies in aqua ut in vase continetur II, 441, 38 ss.; si ex aqua fiat, et ex eo rursus aer, hæc generatio aliquatenus numero, aliquatenus specie reciprocat II, 467, 50, cf. 38; fit ex aqua II, 349, 30; II 487, 16, 23; idque altero intereunte II, 487, 16, 23; adhuc potentia levis est, ubi obstaculum aliquod eum ascendere vetat II, 349, 41 s.; remoto obstaculo agit et semper magis ascendit II, 349, 43; eodem modo ex aqua est ac gignitur aqua ex ipso quo lateres e domo et domus e lateribus II, 253, 49; ejus plus fit ex aqua II, 297, 40 s,; se habet ad aquam ut pars divisa ad totum II, 291, 47; quando facilius, quando segnius in eum transeat aqua II, 437, 4; ubi ex aqua fit statim aer est et non amplius fit II, 428, 8 ss.; igitur a potentia transit ad actum II, 428, 10 s.; si ex aqua fiat, majorem occupat locum II, 420, 24; eo natura prius aqua II, 480, 11; non partim post generationem remanet, nec partim gignitur et in aquam rursus interit III, 577, 2 s.; si in eum mutetur vel in eum intereat aqua, inprimis interitus obtinere dicitur II, 440, 26 s.; ubi in eum transit aqua, alteratione fit accretio II, 294, 4; quando ex eo fit aqua, aut quando ex aqua fit, alterius generatio, alterius interitus obtinet II, 440, 23 s; ex eo aqua fieri potest, idque quomodo II, 457, 25 ss.; ubi in aquam mutatur eadem manet materies; item vice versa II, 298, 3 ss.; ubi majorem vel minorem molem acquirit, æque eadem manet materies II, 298, 7 s.; ubi ex eo fit aqua, ambo pellucida vel frigida manere possunt et tamen generatio obtinere II, 440, 29 s.; tam intra terram quam super terra in aquam mutatur III, 568 42, ss.; idque propter frigus III, 568, 44 s.; crassescit frigore, et in aquam mutatur III, 617, 30 s.; ubi in aquam mutatur locus perit II, 287 28; in eo est aqua II, 291, 29; aqua contentus, ejaculatur, hac compressa II, 294, 2 s.; ubi aquam subierit, emergit III, 484, 41; igitur in aqua contineri nequit III, 484, 40 s.; III, 537, 36 s.; III, 664, 47; ejus majoris copiam quam ipsius

id est ubi percussus manet et non diffunditur III, 454, 345; igitur cito et vehementer eum percutere oportet III, 454, 36; ejus disruptionem prævenire debet qui eum verberat III, 454, 36 ss.; igitur arenæ cumulo vel acervo celeriter progredienti comparatur sonans III, 454, 38 s., in eo audiri potest III, 454, 31 s.; non tamen præcipua soni causa est III, 454, 32 s.; simul eum et se invicem percutere debent corpora solida ut sonus fiat III, 454, 33 s; verberatus sonum efficit III, 595, 11; qui repercussus echo efficit pilæ comparatur III, 454, 41 s.; sonus ut fiat, aer confertim resilire debet ac concuti III, 455, 27; ubi audimus, aer continuus est ab altera parte cum re sonum producente, ab altera vero cum eo quod primum alteratur, id est auditu II, 336, 30; est igitur primum movens relatum ad id quod movetur II, 336, 33.; is cujus motu fit sonus, si transfiguretur in itinere, non recte auditur dictum III, 489, 22 s.; ejus percussiones plurimam efficiunt vocis differentiam III, 655, 22 ss.; eo differenter emisso iidem imitantur voces equorum, ranarum, lusciniarum, gruum, aliorumque animalium fere omnium III, 655, 26 ss.; si per eum ferrentur stellæ sonum excitarent II, 400, 5 s.

Aer (*quomodo se habeat ad olfactum et odores*); in eo æque ac in aqua percipiuntur odores III, 484, 34 s., 37 s., cf. III, 485, 22, 32 s.; III, 487, 29 s., olet III, 461, 24; id quod probat eum ab odore affici III, 461, 24 s.; afficitur autem quia limite caret, nec perstat III, 461, 24; propter eandem causam et a sono afficitur III, 461, 23; non tamen eodem modo ab iis afficitur ac corpora quæ sentiunt, idque quonam III, 461, 25 ss.

Aer (*quomodo se habeat ad tactum*); quatenus intactilis sit III, 460, 37 s.; eum non secare sed quasi operculo operire videntur corpora lata II, 405, 10 s.; si ei imponatur cubus ligneus, si non comprimatur, tantum aeris transportetur quantum cubi magnitudini æquat II, 296, 33 ss.; ejus contactus tanquam attritio detersioque et ablutio considerari debet III, 509, 27 ss.; eodem modo se habet ad corpora quæ ei insunt quam aqua ad corpora quæ ea continentur III, 459, 40 s.; in eo se invicem tangere nequeunt duo corpora III, 459, 39 s.; nos tamen magis latet qui eorum superficiei adhæret quam aqua quia madidorum superficies scatet III, 459, 41 s.; quum nos lateat qui inter tactilia et sensoria intercedit, eodem modo habemus ac si nobis insciis membrana carni obducta esset III, 459, 51 ss.

Aer (*de ejus pondere et motu*); modo gravis modo levis est II, 429, 45; II, 430, 7; levis est aquæ respectu II, 369, 44 s.; aqua levior II, 404, 47 s.; ei non innatat lignum vel simile quoddam II, 404, 43 s.; multus pauca aqua gravior erit, si sequaris opinionem eorum qui unicam naturam tribuunt elementis magnitudine differentibus II, 426, 46; aliis subsidit, aliis supernatat II, 428, 32; excepto igne omnibus supernatat II, 430, 8 s.; igitur alio modo levis, vel gravis est quam terra vel aqua II, 428, 30 s.; terræ supernatat quælibet ejus pars II, 428, 34 s.; igitur terra levior est, non simpliciter levis II, 428, 33 s.; igni subsidit quælibet ejus pars II, 428, 35 s.; igitur igne gravior est, non simpliciter gravis II, 428, 33, 35; aquæ innatat quælibet ejus copia II, 428, 37; igitur, si cum aqua comparetur, simpliciter levis est II, 428, 36; ubique gravitatem habet nisi in terra aut aqua II, 429, 1 s.; et in suo loco gravitatem habet II, 429, 3, cf. II, 430, 18; levitatem non habet nisi in iis quibus supernatat II, 430, 20; si ei subtrahatur aqua, in ejus locum abit, idque quare II, 430, 21 ss.; 30, 33, si tollatur ignis tamen nonnisi vi in ejus locum non ascendit II, 430, 23 s.; vel ipse in aere pondus habet IV, 225, 9; in eo graviora sunt quæ majorem ejus copiam continent quam aquæ aut terræ, idque quare II, 429, 5 ss., cf. II, 428, 48 ss.; natura sua gravis et levis esse potest II, 415, 9; eo tanquam instrumento utitur potentia cum ad motum præter naturam, tum ad naturalem II, 415, 8 s.; sursum fertur levitate ubi pulsus est et initium motus ei impertit potentia idque quomodo II, 415, 10 ss., cf. II, 368, 47; deorsum fertur gravitate II, 415, 12; sine eo vel alia re simili non posset motus fieri præter naturam II, 415, 14 s.; adjuvat etiam motum naturalem II, 415, 16; ejus major copia semper magis sursum fertur II, 424, 52; quævis ejus pars ex aqua sursum fertur II, 425, 1; modo sursum, modo deorsum fertur II, 430, 6; nullam ejus partem deorsum ferri videmus II, 430, 48; nunquam magnam ejus copiam celerius deorsum ferri videmus quam parvam copiam aquæ II, 431, 4 ss.; movetur in loco ubi est, non in loco ubi gignitur II, 290, 6; locus ubi gignitur pars est totius cæli II, 295, 8; si ejus pars movetur, hæc pars se habet ut pars divisa ad totum II, 291, 45 s.; utpote dividuus et cui semper motus impertitur, motum unum impertire nequit, sed cohærentem II, 366, 29 ss.; continuus est, sed tamen ejus motum partiri licet III, 489, 30 s.; ad id fluit quod cavissimum est IV, 244, 39 ss.; ad figuram rerum quibus continetur se accommodat II, 421, 46; eum discernere ac incendere potest motus III, 555, 51 s.; maxime disjungitur a solidi motu III, 556, 9; hinc maxime incalescit qui rebus vi raptis proximus est III, 556, 6 s.; quæcunque ejus pars, calore in superiorem partem extruso, deorsum fertur III, 555, 37 ss.; sic alio semper ascendente, locus ei destinatus semper eo repletus et plenus est, licet qui eum implet semper alius atque alius sit III, 555, 39 ss.; quia non intra ambitum continetur ita conterminatum ut terra globi formam accipiat circulo fertur III, 555, 28 ss.; idque quia eum universi circumvolutio secum trahit III, 555, 34 s; motu prohibetur quo minus in aquam condensetur III, 555, 36 s.; magna ejus pars una cum sicca exhalatione a circulari latione orbiculariter circum terram circumagitur III, 560, 18 ss.; alius semper atque alius efficitur III, 580, 31 s.; magna ejus copia nec principium nec fontem habens ingenti aliquo casu moveri posset III, 584, 7 ss.; a sole movetur II, 486, 43; ab eo movetur homo II, 486, 42 s.; in locis editis et excelsis assidue movetur, in cavis sæpe quiescit IV, 250. 50 s.; unicuique rei circumfusum, quum movetur flatum fieri et undecunque agitatus ventum esse absurdum est III, 584, 2 ss.

Aer (*motus in eo*); non eo modo quo vulgo putant causa est cur res jactæ moveri pergant, non amplius movente qui jecit II, 365, 34 ss., cf. III, 515, 10 ss.; III, 509, 20 ss.; III, 508, 25 ss.; ne tunc quidem ubi eodem modo movit ac lapis Herculeus II, 365, 40 ss.; causa est cur rei jactæ motus continuus est II, 365, 54 s.; non amplius movente qui jecit, moveri desinit, movere vero pergit II, 365, 43 s; ubi desinit movere, moveri desinit res jacta II, 365, 49 s.; per eum celerius feruntur corpora quam per aquam aut terram, idque quare II, 295, 14, 24 s., 27 s.; in eo res graviores et majores medium petunt propter conversionem II, 405, 44; incidens, quo citius vehitur, eo magis facit ictum mollem IV, 145, 26 s.; quem movet milii modius effusus, forsan minime in ullo tempore movebit granum milii II, 341, 32 s.; multum propellunt lata III, 298, 42; multum trahunt res latæ III, 312, 34; incidentem fa-

fit III, 567, 25 s.; noctu a turba liberior est quam interdiu, idque quare III, 515, 18 s.; in altis locis magis fluit, indeque concrescere vetat pruinam III, 565, 18 s.; terræ proximus crassissimus est hieme IV, 249, 9; interdiu densus idque quare IV, 180, 44 s.; eo sudo cur frigus acrius fiat quam nubilo IV, 242, 37 ss.; ejus maxima tranquillitas circa Orionis ortum usque ad Prodromos et Etesias III, 586, 6 ss.; ejus tranquillitas matutinas terræ motus indicat III, 593, 50 s.; idque quare III, 594, 1 ss.; austrinus magis quam qui ad septentrionem positus est in aquam mutatur III, 608, 38 s.; crasso assimilandus est vapor terrenus III, 423, 36 s.; in eo apparet insuper quædam nebula III, 647, 6; multum continet situs III, 423, 35 s.; ei innatant propter parvitatem ramenta et pulvis et terrea quædam II, 431, 21 s.; pertinet ad res quæ maxime ad valetudinem conferunt, 613, 30; cur ejus mutationem non morbidam esse affirment IV, 110, 36 s.

Aer superior (ὁ ἄνω); ita consistit, ut incendi possit ac flammis ardentibus, facibus et stellis transcurrentibus ansam det III, 557, 48 s.; nec igitur absurdum est, si condensatus omnis generis colores præ se ferat III, 557, 49 ss.; nisi condensatus sit consistere nequeunt halones III, 560, 50 s., cf. III, 563, 12; in eo inveniuntur naturæ calidæ III, 547, 10; in eo apparentia inconstantia sunt nec ullum constabilitum fuisse memoriæ traditum est III, 633, 42 ss.; qui tonitrua comitatur lignum findit III, 461, 19 s.; aer in æthere est II, 291, 30; suffusus est naturæ ignitæ et inconditæ III, 629, 12 s.; caligine et frigore permixtus III, 629, 13; agitatione vero illustratus et succensus III, 629, 14 s.; in eo nubes, imbres, nives, pruinæ, grandines, flatus ventorum et tempestatum, tonitrua, fulgetra, fulminum casus aliæque sexcentæ conflictationes III, 629, 15 ss.; quæ in eo apparent, alia specie tenus exsistunt, alia substantiæ cuidam innituntur III, 633, 17 ss. V. *Æther*.

Æramenta (χαλκᾶ, χαλκώματα); olim in regione Mossynœcorum facta præstantissima IV, 84, 34 s.; cur quibusdam eorum admotis, ut cyathis, sugillationes removeantur IV, 160, 16 ss.

Æramenta æruginosa (χαλκεῖα ἰωμένα); eorum fumus III, 646, 24 s.

Æramenta consonantia (χαλκεῖα συνηχοῦντα); instrumentorum sonos distinctiores efficiunt III, 657, 29 ss.

Æraria (ἡ χαλκευτική sive ἡ χαλκουργική); ars idque quo modo, 488, 30, 32; statuariæ subservit, in ea incus et malleus ad multos usus adhibentur III, 430, 28; parsimoniæ gratia facit obeliscolychnia III, 284, 33 s.

Ærariæ officinæ (χαλκεῖα); in iis follibus utuntur III, 541, 55; III, 550, 32; statuarum in iis vestium rugas vel alas limant III, 658, 49 ss.

Ærarii fabri (χαλκεῖς, χαλκοτύποι); pars reipublicæ Platonis, 547, 36; per consuetudinem dicuntur qui ferrum cudunt, 480, 7; vix distinguunt an sonum quem excitant audiant necne II, 399, 29.

Ærarium (τὰ κοινά); eo carebant Lacedæmonii, 514, 43; ei præsunt quibus magnus est census, 532, 40; erga id se justum fuisse, affirmare debet orator, 439, 34.

Ærarius ignis (χαλκευτικὸν πῦρ); ab aurario, coquinario, fabrili distinguitur III, 669, 38.

Aeria natura (ἀέριος φύσις); ab ea terra et mare situm fixum habent III, 629, 22; ei maxime finitima est humida III, 629, 22 ss.

Ærugo (ἰός); coloris mutationes efficit III, 645, 27 ss.; quamobrem eam ab ære contrahat vinum, aqua vero non contrahat IV, 328, 9 ss.; cur maxime oleo efficiatur fr. 204, a; ejus expers est æs apud Indos IV, 84, 16 s.; medicamenti vim habet IV, 159, 33.

Ærumnæ (τὰ ἐπίπονα); eas perferre non quia pulchrum est, sed ut malum fugias mollities est II, 33, 12.

Ærumnosa vita; eam non præcavit bonorum æqualitas, 566, 34.

Æs; pertinet ad proventus singulis regionibus proprios, 639, 37; pertinet ad res quæ effodiuntur III, 485, 2 s.; e terra fit II, 569, 13; similare corpus est III, 623, 5; ærugo est IV, 159, 32; frigoris et caloris motione fit III, 626, 10; non aliter generatur quam aurum III, 609, 33; ad aquam pertinet idque quare III, 624, 17 ss.; ligno gravius est II, 423, 44; ejus parva mole magna lanæ copia levior est II, 425, 16; liquefieri potest calore III, 619, 25; sed non aqua III, 619, 39; liquefieri sed non inflammari potest III, 622, 36; scuti a fulmine liquefactum III, 599, 37; ductile est III, 621, 11; tundi potest III, 620, 27 s.; molliri potest III, 620, 33; odore præditum III, 485, 3; concoqui nequit calore animalium IV, 116, 19 s.; sonum habet III, 454, 19, 28; idque quare III, 454, 29; sonus ejus durus III, 659, 44; concavum maxime sonat IV, 175, 33; ei colorem tantummodo impertit stannum quod ei additur II, 453, 20; III, 647, 47; læve est III, 454, 23 ss., 47; igitur ab eo repercutitur lumen, ita ut umbram faciat atque cernatur III, 454, 46 ss; quia læve est id e quo specula fiunt qualemcunque tactum facile sentit III, 509, 26 s.; item quia purum est, in eo conspicua fit quantulacunque macula III, 509, 29 s.; lævigatum, attritu colorem mutat III, 646, 1; medicamenti vim obtinet IV, 114, 39 s.; cur sugillationes tollat IV, 159, 28 ss.; cur eo incisus facilius sanescat quam qui ferro IV, 114, 36 ss.; quamobrem aceto inprimis inficiatur IV, 328, 21; in Æthalia insula ex eadem fodina erutum est ex qua postea ferrum IV, 90, 6 ss.; Mossynœcum splendidissimum atque candidissimum esse fertur IV, 84, 30 s.; huic stannum non additur, sed terra quædam isthic nascens IV, 84, 32; ejus temperaturam primus inventor neminem docuit IV, 84, 33 s.; id conflare et temperare docuit Scythes Lydus fr. 275, a, b; miræ naturæ in Cypro circa Tyrrhiam (*Curiam?*) provenire dicitur IV, 81, 15 ss; apud Indos adeo splendidum ut colore ab auro discerni nequeat IV, 82, 16 ss.

Æs urinatorum; ad passus duos infra maris superficiem prope insulam Demonesum invenitur IV, 84, 5 s.; ex eo conflatæ statuæ IV, 84, 6 s.; qui id effodiunt visu acutissimo redduntur et si ciliis fortasse carent, iis nascuntur IV, 84, 12 s.; ejus florem medici oculis medicandis adhibent IV, 84, 14 s.

Æs; materies est II, 539, 30; materies sensibilis est II, 549, 36; facultate quadam aut agendi aut patiendi præditum est III, 625, 44 ss.; id siccum et humidum et calidum vocamus II, 337, 4 s.; imo id dicimus ipsum humidum et ipsum calidum esse II, 337, 6 s.; non vero dicimus statuam id esse II, 437, 1; quatenus statuæ pars esse dicatur, quatenus non II, 548, 11; quomodo globi et cubi ænei pars esse dicatur II, 531, 11 s.; statuæ materies est, quo modo pars totius II, 283, 16; quomodo ex eo esse statua dicatur II, 530, 28, 36 s.; III, 333, 21 s.; ex eo statuam fieri dicimus, non id statuam II, 257, 14, cf. 34, 45; statuam non facit II, 473, 9; nec mutationis suæ causa est II, 473, 7 s.; statuario materies est, 488, 34; formam statuæ habere dicitur II, 530, 10 s.; quomodo se habet ad statuam sic natura subjecta ad res naturales II, 258, 23; utensilium æneorum natura esse dicitur II, 517, 21; statuæ natura esse videtur II, 261, 29; II, 517, 20 s.; ad eam se habet ut lignum ad lectum II, 261, 36; operum æneorum

II, 422, 23, 54 ss.; III, 426, 17; aliquid ad iram conferunt, 348, 50; eo conferunt ut res majores videantur, 327, 44; non secundum eas distinguendæ sunt actiones, 333, 40; iis determinantur decorum et quod fieri potest, 634, 4; pro iis mutantur mores et jucundum II, 221, 28; omnibus grata est musica, 629, 42; iis quid conveniat in tractandis operibus musicis facile determinari potest, 631, 3; iis congruentia dicenda sunt, ubi animi dotes illustres laudas, 447, 5; ea imperandi facultatem determinat legislator II, 160, 45; in amicitia secundum excellentiam ab ea pendente locum habere nequit mutui amoris æqualitas II, 225, 37; ea ad excusandum reum uti debet defendens, 425, 43; sanat prodigalitatem II, 40, 48.

Ætas stata; quod ad sanguinem et crassitiem et colorem attinet, inter juventutem et senectutem medium tenet III, 52, 45.

Animalia (*eorum inimici, utilitas etc.*): non est creatum propter plantas IV, 22, 11 s.; iis vescuntur crudivora III, 172, 42; igitur iis infesta sunt crudivora ipsaque crudivoris III, 172, 41 s.; ab iis victum petunt aves carnivoræ III, 298, 9; iis potissimum vescuntur vespæ III, 202, 6; etiam magna ictibus interficiunt apes III, 198, 41; majora interdum filis obvolvunt et necant araneæ, idque quomodo III, 194, 40 ss.; quænam ad epulas vel sacrificium parandum venari oporteat, 603, 45; eorum vitæ ratio multiplex pro vario alimentorum genere, 488, 45, 47; eorum gratia creatæ sunt plantæ, 489, 33; hominum gratia ipsa, 489, 34; vel ab iis vel a frugibus pendet ars pecuniaria naturæ congrua, 492, 30; omnium e quibus subsidia petere licet, sive aquatilium, sive volatilium peritus esse debet qui rei pecuniariæ studet, 492, 49; 493, 3; eorum succi ad tingendum inserviunt III, 647, 23.

Animalia ætheriam mundi partem incolentia; qualia sint fr. 38, a, b; quosnam sensus habeant fr. 39, a.

Animalia agilia; v. *Agilia.*

Animalia alba; v. *Alba animalia.*

Animal aliquod; ei proprius est sensus quia ejus particeps est, 227, 49; item vita, 228, 18.

Animalia aquam recipientia; v. *Aquam recipientia animalia.*

Animalia aquatilia; v. *Aquatilia.*

Animal bipes; et animali et bipedi inest II, 555, 2, v. *Bipes.*

Animalia bisulca; v. *Bisulca.*

Animalia branchiis prædita; v. *Branchiis prædita.*

Animalia carnivora; v. *Carnivora.*

Animalia cicura; v. *Animalia mansueta.*

Animal cunctum; eo priores sunt vel omnes vel quædam animæ partes II, 549, 8 s.; tanquam in materiem in corporis partes dividitur II, 549, 11; eo aliquatenus priores sunt corporis partes aliquatenus non, idque quare II, 549, 12 ss.; simul cum eo sunt corporis partes principales II, 549, 15 ss.

Animalia cornigera; v. *Cornigera.*

Animalia crustata; v. *Crustata.*

Animalia domestica (τὰ συντρεφόμενα); qualis iis destinetur cibus in domo bene dispensata III, 364, 8 s.

Animalia δυτικὰ vocata; fr. 185, a.

Animalia exquisitissime figurata (ἠκριβωμένα μάλιστα); in his lien locum occupat jecinori oppositum III, 259, 14 s.

Animalia fera; v. *Fera.*

Animalia fœcunda; v. *Fœcunda animalia* et *Fœcunda parum animalia.*

Animalia exsanguia; v. *Exsanguia.*

Animalia fortia; gravem vocem habent IV, 4, 21 s.

Animalia generantia; apud ea subeunte alimento residuum seminale condit calor III, 390, 35 ss., 43 s.; eorum residuum seminale motu suo in animal convertit maris principium III, 390, 31 s.; pleraque eorum maris principio opus habent III, 390, 40 s.; pauca quædam eo non indigent, idque quare III, 390, 39 s.

Animalia gregalia; v. *Gregalia.*

Animalia gressilia; v. *Gressilia.*

Animalia gravida; v. *Prægnantia Animalia.*

Animalia non gressilia; sexu carent III, 320, 13 ss.; igitur et quæ adhærendo vivunt, idque quare III, 320, 14 ss.

Animalia ignava (δειλά); acutam vocem habent IV, 4, 22.

Animalia ignobiliora; eorum contemplatio vero philosopho gratissima est, dummodo causus perspicere possit III, 227, 9 ss.

Animalia imperfecta (ἀτελῆ); ea sunt quibus præter tactum nullus alius sensus est III, 473, 26 s., cf. III, 502, 30 s.; iis etiam dolor et voluptas inesse cernitur III, 473, 29; hinc et cupidinem eaque moventur III, 473, 26 ss.; quia indeterminate moventur, indeterminate etiam imaginationem habent III, 473, 30 ss., cf. *Imperfecta animalia et plantæ.*

Animalia in diem victitantia (ἐφήμερα); infimam regionem habitant III, 629, 50 s.

Animal infinitum (ἄπειρον); non exstat II, 378, 4.

Animalia juniora; v. *Juniora animalia.*

Animalia latitantia; v. *Latitantia animalia.*

Animalia magna; magnum cor habent III, 260, 4; igitur eorum cor duos ventriculos habere potest III, 260, 3 s., cf. III, 259, 46 ss.; apud ea plerumque maxima copia prostat corpulentum et terrenum et osseum III, 255, 31 s., 37 ss.; igitur sola fere cornigera sunt III, 255, 32 ss.; fulcris majoribus, validioribus et durioribus opus habent III, 242, 7 ss., cf. 20 s.; mares eorum manifesto moribus a feminis differunt III, 172, 1; necessario majorem animæ calorem habent III, 345, 7 s.; eorum motus multo indiget calore III, 303, 14 s.; apud ea plurimum alimentum in corpus impenditur III, 335, 2 s.; igitur pauciora residua, sed plura colliquamenta habent quam parva III, 334, 54 ss.; ideoque parum fœcunda sunt III, 334, 53; unipara sunt III, 403, 40; III, 405, 24; III, 407, 5 s.; mirum videri possit rem ita se habere, quum semen proferant multum III, 403, 38 ss., 46 ss.; apud ea tamen in corporis incrementum impenditur alimentum III, 403, 48 ss.; ad ea generanda majori opus est seminis copia quam apud parva III, 403, 53 ss.; difficilius multa eorum in eodem loco (nempe utero) continentur quam si parva essent III, 404, 1 s.; cum pedestria, tum volatilia ac natatilia paucipara sunt III, 404, 16 ss.; eorum residuum seminale in fœtum impenditur III, 407, 6 s.; eorum fœtus etiam pro portione magni sunt III, 407, 8 s.; igitur non superfœtant III, 407, 5 s.; prius diximus cur magna sint III, 404, 4 s.; iis accensendi sunt boves III, 142, 39 s.; item elephas et camelus et equus et solidungula III, 403, 40 s.

Animalia magnitudine media; etiam quod ad fœcunditatem attinet medium locum obtinent III, 404, 3; prius diximus cur mediam habeant magnitudinem III, 404, 4 s.

Animalia majora; senectute moriuntur III, 96, 8; cur ad ea marina pertineant animalia IV, 171, 51 s.

Animalia manca; v. *Manca.*

Animalia mansueta (ἥμερα, συνανθρωπευόμενα); propter hominum usum ac victum exstant, 489, 34; ex iis alimentum petitur desidiosis sine labore, 489, 6; eorum multa quovis anni tempore coeunt, idque quænam et quare III, 81, 24 s.; III, 121, 29 s.; ideoque minus iracunda sunt coitus tempore, partu vero edito feminæ III, 121, 31 s.; multa eorum dentibus injurias propellunt III, 252, 9 s.

mare procreatum est); nihil a reliquis differt, nisi quod aliud non generat, idque quare III, 215, 45 s.
Animalia superfœtantia; v. *Superfœtantia animalia.*
Animalia terrestria; v. *Terrestria.*
Animalia torpidiora; v. *Torpidiora animalia.*
Animalia toticolora; v. *Toticolora.*
Animalia (non) unicolora; apud ea venter magis albet quam reliquæ partes, idque quare III, 425, 49 ss.
Animalia unipara; v. *Unipara animalia.*
Animalia varia; etiam linguam colore variam habent III, 426, 5 ss.
Animalia violentiora; fulcris majoribus, validioribus et durioribus opus habent III, 242, 9.
Animalia vivipara; v. *Vivipara.*
Animalia (non) vivipara; iis pro magnitudine corporis majora ossa habent quæ et intrà se et foras animal pariunt III, 242, 3 ss.
Animalia volatilia; v. *Volatilia.*
Animalia voraciora; v. *Voraciora animalia.*
Animalia et plantæ; miro modo differunt prouti magis minusve unumquodque elementum participant aut ei propiora sunt vel ab eo remotiora sunt III, 339, 18 ss.; æque ac ea senectutem et vigorem suum habent interiora terræ III, 571, 9 s.; eatenus tamen a terræ interioribus differunt quod universa simul his affectibus obnoxia sunt III, 571, 12 s.; vi solis ejusque conversionis augescunt et imminuuntur III, 571, 14 s., v. *Plantæ et Animalia.*
Animalis idea; e quibus elementis eam composuerit Plato III, 434, 33 s.; necessario multitudo erit, si animal non idem sit in homine et in equo II, 554, 33; quæritur num animali insit, an aliud quid sit quam animal II, 625, 17; numerus mathematicus esse nequit II, 618, 43 s.
*Animalibus et de Plantis* (*de*) libri; insequentur *Meteorologica* III, 552, 21 ss.; iis absolutis finem imponere poterimus expositioni quam inde ab initio nobis proposuimus III, 552, 24 ss.
*Animalibus* (*de*) libri; v. *Historiæ Animalium.*
Animalcula (θηρίδια, ζωδάρια); ea vel rostro vel alio quodam modo ex aqua venantur pleræque aves palustres et palmipedes III, 298, 15 ss.; ad ea capienda elegans os habent aves minutæ III, 258, 41 ss.; in putridis innascuntur idque quare III, 624, 48 s.; porricidis similia habent in superiori ventre equi, muli et jumenta IV, 324, 14 s.
Animatum; v. *Anima præditum.*
Animositas (εὐτολμία); fortitudinis sequela est II, 244, 31.
Animosus; ejus signa IV, 5, 33 ss.; esse iracundi signum est IV, 5, 53.
Animus (θυμός); eum aliqui tanquam animæ partem considerant III, 471, 20, cf. III, 472, 48; animæ ratione carentis appetitus aliquis esse videtur III, 471, 32 s.; ea animæ pars, qua amare valemus, 609, 1; imperiosus et invictus est, 609, 9; ab eo pendent imperii libertatisque amor, 609, 8; in amicos magis extollitur, ubi se negligi vel injuria affici putat, 609, 8, 13; eum alloquitur Archilochus amicos incusans, 609, 5; eo præstant Europæi et frigidarum regionum incolæ, 608, 35; item Græci 608, 42; eo inferiores sunt Asiani, 608, 39; eo præditi esse debent cives, 608, 49; appetitus species est III, 521, 16; minus a cupidine differt quàm multæ aliæ animæ partes a se invicem III, 472, 46 ss.; munus corpori et animæ communis est III, 476, 9; idque quare III, 476, 26 ss.; ei idem confert quod corpori, 487, 43; quænam ei utilia sint, 414, 8; 456, 38, 39; maxime viget circa annum XLIX, 366, 3, cf. 622, 22; quæritur an ad ejus elationem aliquid conferat musica, 628, 16; propter eum quænam fiant, 334, 27; partim eo agunt et faciunt animalia quæ facere appetunt III, 522, 19; magistratus et optimos homines pervertit, 541, 7; eorum quæ in eo sunt notæ enuntiationes voce expressæ, 38, 28, cf. 37, 10; hominem multis criminibus insimulatum non recipit, 408, 28; nec orationem, ubi adversarius egregie dixisse videtur, 408, 29; auditis urbane dictis, quidnam dicere videatur, 398, 30.
Animus demissus (μικροψυχία); quidnam II, 21, 19; II, 44, 22; II, 46, 27; magnanimitati magis contrarius est quam vanitas II, 46, 45.
Animus excelsus (φρόνημα ἐλεύθερον); eum inprimis apud cives reprimere debet tyrannus, 584, 26; 585, 22, 27, 36, 51; eo præditus non assentatur, 585, 22.
Animus generosus (γενναῖος); potius in siccis et gracilibus corporibus consistit III, 371, 51 s.
Animi ægritudo (βαρυθυμία); species iracundiæ II, 245, 29; illiberalitatis sequela est II, 241, 33.
Animi impetus (θυμός); quomodo a consilio differat II, 26, 39, 46; ratione carentibus competit, 412, 27; II, 26, 39; corpus immutat, immo interdum furores concitat II, 79, 11.
Animi remissiones (ῥᾳθυμίαι, ἄνεσις); jucundæ sunt, 335, 18; 337, 48.
Animum augentia (θαρραλέα); eorum opinione fere eodem modo afficimur ac iis ipsis III, 465, 30 s.; eorum imaginatione vero eodem modo ac pictis III, 465, 32 ss.
Animo præceps (ὀξύθυμος); qui II, 196, 31.
Annona (τροφή); ea carere nequit civitas, 610, 2; quæritur an res sit cujus omnes cives participes esse debent, 609, 31; eam parare debent agricolæ, 610, 18; quænam scire debeat de ea disserturus, 319, 41.
Annona militaris (σιταρχία); eam quotannis per sex dies militibus non distribuebat Memnon Rhodius, 648, 2; quomodo idem effecerit ut eam non duodecies, sed undecies tantummodo quotannis distribueret, 648; 5; trimestrem jam solutam militibus dono dedit Timotheus Atheniensis, ut crederent revera pecuniam exspectari, 646, 17.
Annonæ caritas (σιτοδεία); quidnam fecerint Byzantii simul ea et pecuniæ inopia laborantes, 641, 5.
Annonæ negotiatores (σιτοπῶλαι); olim Athenis plebiscito cautum est, ne à frugum cumeris arcerent mulum octogenarium idque quare III, 129, 36 s.
Annonæ præfecti (ἀγορανόμοι); ad forum necessarium convictus celebrare debent, 615, 9; magistratus apud Athenienses fr. 244, b.
Annonæ ubertas (εὐετηρία); interdum propter eam census qui antea sufficiebat, nimis exiguus evadit, 573, 22.
Annulus; in manu haberi dicitur, 24, 7; ejus non est idea II, 484, 30; II, 617, 11 s.; ejus signum sine auro vel ferro recipit cera III, 460, 43 s.; ferreum digito gerens qui verberavit lege culpabilis est, sed revera non, 341, 47; pala carentes infinitos esse dicunt, idque quatenus recte II, 282, 39 ss.; effigiebus quas eorum ope exaramus, comparandæ sunt imagines a sensu animæ impactæ III, 495, 26 ss.; eorum sigilla distincta non fiunt, nisi exacte imprimantur III, 657, 24 s.; Carthagine tot quisque gerit quot bellis interfuerit, 603, 14, s.
Annulus magicus; talem possidebat Execestus Phocensium tyrannus fr. 294, a.
Annus; cum ipse, tum tempora quæ metitur naturales circuitus sunt III, 413, 30 s.; sæpius reverti potest II, 302, 38; nonnullis vitæ mensura est II, 465, 17; in

maximam movendi vim haberet III, 434, 19 s., cf. III, 433, 25 s.; præterea eam rebus quæ moventur accenseurunt III, 433, 28; idque quia omne movens necessario moveri debere putabant III, 433, 26 ss.; III, 434, 3 s.; qui inprimis ad sensum et cognitionem animæ attenderunt, eam principiis assimilarunt, idque vel uni vel pluribus III, 434, 20 ss.; quamlibet animam cuilibet corpori inserebant III, 447, 9 ss., cf. III, 438, 27 ss.; sapientiam et intellectum cum sensu confundunt III, 464, 49, cf. III, 509, 22 ss.; idque quare III, 464, 46 ss.; sensum et intellectum aliquid corporeum esse censent III, 465, 4 s.; simile simili sentiri ac intelligi contendunt III, 465, 5 s., cf. III, 434, 26 ss.; III, 435, 44 s.; III, 441, 30 s.; quum de sapientia verba fecerunt, etiam de errore loqui debuissent III, 465, 7 s.; colores atque visionem effluviis fieri censent, etiamsi non recte III, 481, 11 ss.; agnoscere debent omnem sensum contactu fieri III, 481, 13 s.; quæ de plantis dixerint IV, 29 s.; folia omnia fructus esse asserebant IV, 49, 21 s.; lepidissime opinati sunt nonnulli felle carentia longæva esse III, 275, 31 ss.; unde in hanc opinionem devenerint III, 275, 33 ss.; ignorabant camelum et delphinem simul felle carere et longæva esse III, 275, 35 ss.; semen calore motu excitato ab omni parte secedere credebant III, 334, 20 s., 45; igitur id pro colliquamento habuisse videntur III, 334, 19 ss., 46 s.; contrarium dicendum est eorum quæ illi affirmarunt III, 334, 44; seminis naturam spumosam novisse videntur quum deæ quæ coitui præest nomen a spuma derivarunt III, 350, 54 s.; non distinxerunt quot modis dicatur necessarium III, 219, 22; ad necessitatem fere omnes sermones suos referre conantur III, 219 21.

Antiquorum nonnulli (sc. *Eleatæ*); ens necessario unum et immotum et infinitum esse putabant II, 448, 3, 16; vacuum non exstare putabant II, 448, 4; motum fieri non posse arbitrabantur, nisi vacuum separatum sit II, 448, 4 s.; eodem redire censent utrum universum non continuum esse et ejus partes divisim se invicem tangere, an multa esse dicas et non unum et vacuum II, 448, 6 ss.; secundum eos si universum ex omni parte divisibile est, nihil unum erit, nec multa, sed vacuum omne II, 448, 9; figmento simile esse affirmabant si universum alia ex parte divisibile esset, alia ex parte non II, 448, 11; nullam causam exstare putabant cur universum partim plenum, partim divisibile esset II, 448, 13; motum non exstare putabant II, 448, 14; universum nisi infinitum esset, ejus limites vacuo terminari debere putabant II, 448, 17 s.; sensum transgressi sunt et despiciebant II, 448, 15; rationi majorem fidem habendam esse censebant II, 448, 16, cf. 20; eorum opiniones insaniæ similes esse videntur II, 448, 21.

Antiquiores; eorum placita expendenda II, 292, 15; quatenus de gravi et de levi disseruerint II, 423, 44 ss., cf. 36 s.; II, 424, 21 ss.; 36 s.; nonnulli non recte de venis disseruere III, 38, 13, v. *Naturæ scrutatores.*

Antiquissimi; eorum de diis et de divina stellarum natura opiniones fabulæ forma tradita II, 608, 30 ss.; hæ opiniones partim reliquiæ sunt antiquæ sapientiæ deperditæ II, 608, 36 ss.; partim inventæ sunt ut vulgus legibus pareat et reipublicæ utile sit II, 608, 32 s.

Antiquissimum; maximo in honore habetur II, 472, 35 s.

Antiquitas; orationis quomodo excusetur, 441, 23.

Antiquius; bonum honorabile est II, 134, 15.

Antiquum; naturæ propinquum esse videtur, 360, 40.

Antiqua; magis elaborata sunt quam recentiora, 515, 5,

Antirrhinum; admotum oculos non mordet IV, 218, 28; comesum vero lacrimas ciet IV, 218, 34 s.

Antissæi; Chiorum exsules primum receperunt, sed postmodum ejecerunt, 568, 11; splendide quotannis Bacchanalia celebrare solebant, 641, 37; quare suadente Pollide (?) ea in proximum annum distulerint, 641, 40.

Antisthenes; contradici non posse putabat, 179, 13; inepte putabat nihil dici posse nisi unum de uno II, 533, 5 ss.; ita contradictionem tollebat II, 533, 7; parum abest quin etiam falsum II, 533, 8; refutatur II, 533, 8 s.; quidnam narrarit de leporibus a leonibus rerum æqualitatem poscentibus, 535, 45; Cephisodotum comparavit thuri, 390, 30.

Antisthenei; ineruditi II, 560, 46 s.; eorum de definitione placita II, 560, 47 ss.; hæc non omnino inepta sunt II, 560, 46.

ἀντιστροφή· v. *Inversio.*

Antistropha; simplex est, idque quare IV, 207, 27 ss., ejus nullus est usus in scena IV, 20 29 s.; cur non per eas olim cantilenarum genus quod νόμοι appellatur ageretur, verum cetera chorearum cantica IV, 207, 44 ss.; ea carent subdorius et subphrygius modus IV, 209, 35; iis dithyrambi non amplius utuntur, idque quare IV, 207, 20 ss.; veterum poetarum similis elocutio ambitu comprehensa, 394, 10; earum loco exordia fecisse Melanippidi objiciebat Democritus Chius, 394, 50.

ἀντίθεσις· 274, 24.

Anus; corporis necessarii terminus est III, 258, 27 s.; III, 533, 6 s.; eo excrementa emittuntur III, 243, 17; III, 294, 4 s.; igitur perfectis animalibus omnino necessarius est III, 243, 15 ss.; ei tuendo inservit cauda III, 294, 3 s., cf. 12 s.; quænam ad eum deveniant venæ secundum Polybum III, 40, 4; eo una cum capite resecto multa animalia vivere possunt III, 533, 16 ss.; ad eum usque extenditur venter cum apud aves tum apud homines et quadrupedes III, 298, 44 ss.; medio loco inter eum et os quærendum est sessilium sensus principium III, 282, 29 ss.; aliis nidorosus est, aliis pinguedine caret III, 272, 47 ss.; ante et supra eum situm est pudendum III, 326, 44 ss.; apud vivipara et foras et intra se ab eo distinctus est urinæ et seminis exitus III, 326, 39 s., cf. 42 s; III, 336, 7 ss.; non vero apud ovipara III, 326, 50 ss.; nec apud vivipara foras, intus vero ovipara III, 327, 20 ss.; apud nonnulla animalia, e. gr. apud oves, interdum occlusus invenitur III, 406, 47 ss.; eo Perinthi apud vaccam, cui excrementum alvi per vesicam abibat, inciso, sæpius incidendo adversus ejus occlusionem prævalere non potuerunt III, 406, 49 ss.; ad eum usque pergit meatus seminalis apud pisces et serpentes III, 35, 23; supra eum positus est hicce meatus apud aves et quadrupedes III, 35, 34; eo terminatur insectorum intestinum III, 282, 47 s.; item apud crustata III, 278, 48 s.; item apud mollusca III, 277, 48; eum habent omnia testacea III, 279, 31 ss.; in unicum convergunt omnes erinaceorum ventriculi sectiones diremptæ III, 279, 45 ss.; eum in sinistra parte habent bivalvia III, 280, 6 s.; eum et urticæ et omnia bivalvia in superiori parte habent III, 148, 2 s.; intra fistulam situs est apud mollusca III, 278, 8 s.

Anxii; ut simus, aliqua spes salutis subesse debet, 354, 36; cur gravem proferant vocem, metuentes vero acutam, IV, 308, 12 ss.

Anytus; corrumpendorum judiciorum auctor fr. 233, a.

Aorta; unde nomen petierit III, 40, 26 s.; valde nervosa est et angustior quam magna vena III, 40, 53, cf. III,

3, 46 s.; earum genus pertinet ad insecta, immo ad animalia operosissima III, 193, 37 ss.; ea civilius animal homo, 483, 41; totipennibus accensendæ sunt III, 503, 40 s.; apud eas manifesto in parte cordi respondenti attollitur ac subsidet spiritus insitus *ibid.*; quattuor alas habent III, 67, 42; alimenti causa vagam vitam agunt III, 283, 26 ss.; ideoque corpus leve habent et quattuor alas, vagina non tectas III, 283, 27 s., 35 s.; ab utroque latere duas alas habent III, 283, 29 s.; earum alæ nudæ sunt III, 67, 45; III, 312, 7 s.; uti et reliqua insecta non recte volant, idque quare III, 312, 52 ss.; magno vento flante, lapidem ferunt III, 199, 27 s.; membranaceis alis præditæ sunt III, 6, 33; earum alæ continuæ sunt III, 49, 32 s.; evulsæ non repullulant III, 49, 32; plures quam quattuor pedes habent III, 6, 12; proboscidem linguæ loco habent III, 277, 33 ss.; ea et gustant et cibum attrahunt III, 251, 35, v. *Proboscis* et *Linguæ similis pars;* dentes habent, sed satis diversos a reliquis animalibus III, 277, 37 ss.; idque quemnam in usum III, 284, 11 ss.; eam latitudine æquat tenthredo III, 203, 14; aculeum habent intus III, 67, 36; aculeum in posteriori parte habent III, 284, 10 ss.; eorum aculeus armorum munere fungitur III, 284, 14 ss.; tenuis est quia volucres sunt III, 284, 17 s.; igitur eum intus habent III, 284, 15 ss.; aculeum habent ut pro cibo dimicent III, 387, 44 s.; aculeo amisso moriuntur III, 49, 33 s.; III, 198, 40 s.; si feriant, moriuntur, idque quare III, 198, 37 s.; si ictus aculeum exprimat servantur sæpe III, 198, 38 ss.; interficiunt ictibus et magna animalia, e. gr. equum III, 198, 41 s.; minus varium colorem habent quam vespæ et crabrones III, 426, 21 s.; idque quia minus voraces sunt III, 426, 19 ss.; *nitidæ* et sublustres otiosis mulieribus similes *sunt* III, 199, 53; non acute cernunt, idque quare III, 74, 42 ss.; duros oculos, ideoque debilem visum habent III, 284, 37; hinc res oculis incidentes pedibus anterioribus abstergunt III, 284, 38 ss.; quapropter hos pedes robustiores habent III, 284, 35 ss.; plausu delectari videntur III, 199, 54; strepitu et testis congregari feruntur in alvearium III, 200, 1 s.; non constat tamen an auditum habeant III, 200, 2 s.; auditu carent II, 468, 13 s.; ideoque prudentes sunt sed non dociles II, 468, 12 s.; male olentia ægre ferunt III, 198, 47 s.; item unguenta III, 198, 48 s.; unicum insectum est quod nulli rei putridæ insidet III, 156, 15 s.; dulcibus alitur III, 156, 16 s.; aquam purissimam diligit III, 156, 17 s.; purissimum est animal III, 198, 45; e longinquo sentiunt mel, ideoque olfactum habent III, 71, 1 ss.; eminus olfactu accurate sentiunt mel quo aluntur, etiamsi non respirant III, 486, 48 ss., v. *Respiratione carentia*; putridis non assident, sed dulcibus ideoque gustum habent III, 71, 14 s.; ex unguento eas consopiri aiunt IV, 78, 13 s.; inprimis unguento delibutos feriunt IV, 78, 14 s.; quomodo expergiscantur III, 200, 9 ss.; quomodo obdormiscant III, 200, 11 ss.; earum somnus nobis magis manifestus est quam reliquorum insectorum III, 74, 39 s.; idque maxime earum quæ nobis præsto sunt III, 74, 41 s.; noctu quiescunt et a murmure cessant III, 74, 40 s; non solum quia non acute cernunt noctu quiescunt III, 74, 42 s.; lucerna admota quiescere pergunt III, 74, 44 s.; nonnullis sanguine præditis diutius vivunt III, 529, 5; III, 530, 28 s.; plerumque sex, interdum septem annos vivunt III, 97, 52; nonnullæ earum septenos annos vivunt III, 543, 8 s.; igitur pertinent ad insecta quæ reliquis diutius vivunt III, 543, 8; bombum edunt III, 543, 9 s.; idque quomodo III, 72, 1, 5 s., cf. *Insecta quæ bombum edunt* et *Insecta quæ reliquis diutius vivunt*; multis animalibus sanguine præditis prudentiores sunt, idque quare III, 231, 28 ss.; III, 235, 38; imaginatione carere videntur III, 465, 50; unde constet eas imbres et tempestates prævidere III, 200, 30 ss.; divinum quid habent III, 388, 22; iis cognatæ sunt vespæ et crabrones III, 388, 19 s.; quatenus earum generationi similis sit vesparum et crabronum III, 388, 18 ss.; cum ipsæ tum animalia iis similia pertinent ad insecta favificantia III, 194, 48 s.; ipsæ ad favificantia gregalia III, 194, 50; simulac natæ sunt, senectam exuunt III, 162, 16; nonnulli apiarii apes suas farina adspersa agnoscunt III, 200, 40 s.; quot et qualia genera III, 96, 36 ss.; III, 196, 35 ss.; quodnam eorum genus optimum III, 96, 36 s.; III, 196, 38 s.; differunt, prouti parentes earum saltus vel villaticas pastiones incoluerunt, idque quomodo III, 196, 42 s.; in Ponto exstat peculiare genus, quæ bis quovis mense mellificant III, 97, 54 s.; Themiscyranæ et in terra et in alvearibus favos faciunt mel crassum continentes eosque quales III, 98, 2 ss.; hieme tantum id faciunt eædem, quia tunc in hac regione frequens est hedera florens III, 98, 5 ss.; in quibusdam Ponti regionibus album valdeque crassum ad arbores mel faciunt III 98, 8 ss.; quædam ad terram faciunt triplices favos, eosque quales III, 98, 11 ss.; eorum curæ operam dare debet rei pecuniariæ studiosus, 493, 2.

Apes (*de earum moribus*): duces habent III, 202, 33 s.; earum magnitudinem non tantum excedunt apum reges quantum crabronum duces crabrones III, 202, 35 ss.; si a rege aberrarint migrantes, eum quærunt donec odore detexerint III, 196, 4 ss.; regem, si volare nequit, gestare dicuntur III, 196, 6 s.; rege mortuo cito intereunt III, 196, 7 ss.; interdum tamen aliquandiu favos struere pergunt, sed melle vacuos III, 196, 8 s.; examina emittunt III, 202, 40 s.; ubi examen emissuræ sunt quædam alvearium circumvolitant III, 197, 44 s.; ubi emittitur examem, circa regem conglomerantur III, 197, 41 s.; III, 200, 34 s.; emisso examine avolant et cum suo quæque rege congregantur III, 197, 47; si paucæ seorsum sedent, ad plures migrant et regem suum interficiunt III, 197, 48 ss.; quomodo earum migrationem inhibere conentur apiarii III, 200, 36; consistente examine nonnullæ pastum eunt atque hoc facto redeunt III, 198, 9 s.; domum sibi struunt III, 3, 52; admodum varia est earum vitæ et operum ratio III, 195, 17 s.; quomodo labores inter se partiantur III, 197, 53 ss.; III, 200, 5 ss.; faciunt aliquid et reponunt sed non venantur, eoque ab araneis et formicis differunt III, 195, 7 s., cf. III, 202, 45 s.; tertio postquam natæ sunt die operari incipiunt, dummodo cibum habeant III, 198, 7 s.; eos ad laborandum promptiores reddunt fuci si pauci sint III, 200, 29 s.; otiosæ vel prodigæ a reliquis ejiciuntur III, 200, 4 s.; non stato tempore operari incipiunt III, 198, 3 ss.; si iis suppetant necessaria, ipsæque bene habeant, æstate potius labori incumbunt III, 198, 6; sereno cælo sine intermissione laborant III, 198, 7; earum labor (?) non plures quam XL dies circa brumam cessat in alvearibus bene valentibus III, 198, 10 ss.; latitant, idque gelidissimis diebus tantum III, 159, 43 s.; nempe inde ab occasu Vergiliarum ad ver usque III, 159, 47 s.; dum latent appositum cibum non tangunt III, 159, 45 s.; si quæ prodeant hoc tempore pellucidæ sunt et manifesto nihil in ventre habent II 159, 46 s.; solstitia denuntiare videntur suo ad labores egressu IV, 85, 4 ss; maxime esuriunt quando opus inchoant III, 200, 17; minori alacritate operantur si alvearium nimis magnum

est III, 200, 21 s.; segniores quoque evadunt si nimis multos favos iis reliquerit qui alvearia castrat III, 200, 18 s.; item si nimis paucos III, 2000, 20; alvearium purum nactæ statim favos ædificant III, 195, 18 ss.; unde melliginem petant III, 97, 8 s.; III, 195, 20 ss.; quemnam in finem melliginem adhibeant III, 195, 22 ss.; earum cibus mel est III, 195, 8 s.; III, 198, 22 s.; III, 386, 4; unde rationi consentaneum est eas id aliunde afferre III, 386, 3; quando præcipue eo utantur III, 195, 10 ss.; afferunt sibi et alium cibum quem cerinthium et sandaracam vocant III, 195, 14 s., cf. *Melligo*, *Sandaraca* et *Erithace*; quomodo, quo ordine et qua dispositione favos exstruant III, 195, 25 ss., 30 ss.; quosnam favos semper exstruant, quosnam non semper idque quando III, 195, 27 ss.; eorum favi sexanguli sunt III, 98, 20; favos collabentes erigunt iisque fulcra substituunt, idque quare III, 197, 8 ss.; nisi semper favos adire queant, telis araneis similibus obducuntur et pessumdantur III, 197, 10 s.; favos enim insidentes concoquunt III, 197, 2 s.; interdum insidentes favorum araneis obductorum perniciem inhibere valent III, 197, 4 ss.; flores legunt III, 202, 27 s.; earum pastus thymum est III, 199, 23 s.; quando inprimis fœturæ studeant, quando melli III, 96, 49 ss., cf. III, 200, 41 ss.; III, 387, 34 ss.; primum favos struunt, dein fœturam indunt, et postea mel III, 97, 3 ss., cf. III, 98, 23 s.; III 196, 24; e quibusnam floribus succos colligant III, 97, 24 s.; fructui nulli nocent III, 97, 26 s.; succos parte linguæ simili colligunt III, 97, 27 s.; ceram et erithacen cruribus afferunt, mel vero ore III, 97, 30 ss.; eas quoque fœturam ore in favum afferre asserunt aliqui, idque quinam III, 97, 4 s.; incubant avium more III, 97, 32; stercus (extra alvearium) non emittunt, præterquam ubi foras non prodeunt III, 97, 47 s.; III, 198, 46; III, 199, 48 ss.; quomodo flores conscendant ad ceram colligendam III, 196, 10 ss.; eodem volatu semper ejusdem generis advolant flores III, 196, 15 ss.; manifesto gravantur III, 196, 14 s.; ubi in alvearium pervenerint, onus excutiunt III, 196, 18 s.; semper ternæ vel quaternæ deinceps intrant III, 196, 19 s.; non facile videre est quidnam accipiant III, 196, 20; nec perspectum est quomodo operentur III, 196, 21; quando ceram conficiant III, 199, 43; in oleis diu eodem loco manent idque quare III, 196, 23 s.; inde in iis perspectum est quomodo ceram colligant III, 196, 22; iis mel secundum naturam est IV, 224, 1; eo tantum vescuntur IV, 224, 2; viribus imbecilles sunt IV, 224, 2; nulli carni insident, nec obsonio vescuntur III, 198, 2 s.; in alvearii introitu excubias agunt, idque quare III, 197, 37 ss.; prope sit fluvius, nonnisi ex eo bibunt, idque onere deposito III, 199, 28 ss.; si aliunde biberint, mel revomunt atque ad opus redeunt III, 199, 30 s.; qualis locus iis æstate conveniat, qualis hieme III, 199, 24 s.

Apes (*de earum generatione*) : quæ earum generationem spectant nondum satis explorata sunt III, 385, 27; III, 388, 11; quodsi unquam deprehendantur, sensui magis credendum erit quam ratiocinationibus III, 388, 11 ss.; iisque nonnisi quam si cum sensu consentiant III, 388, 14 s.; quum earum genus eximium sit, etiam peculiarem generationis rationem habet III, 386, 51 ss.; earum coitus nunquam visus est III, 386, 30 ss.; falsæ de earum generatione opiniones refutandæ sunt partim ex iis quæ iis privatim eveniunt, partim e rebus quæ iis cum reliquis animalibus communes sunt III, 385, 45, cf. III, 388, 8 ss.; sine coitu videntur generare III, 385, 28 s; eorum fœtura exigua in cellulis est III, 388, 15; id quod probare videtur eas sine coitu generare III, 388, 14 s.; si coitu procreentur, regibus necessario procreari debent III, 386, 4 ss.; aliquid, ut aiunt, ad earum generationem confert rex III, 96, 47 s.; si sibi simile procreassent, omne earum genus regibus constaret III, 387, 11 s.; probatur earum generatio proportionem servare III, 387, 6 ss.; earum generatio ternario numero absolvitur III, 387, 31; earum generationem bene dispensavit natura III, 387, 32; omnia nempe earum genera perstant, etiamsi non omnes generent III, 387, 32 ss.; eas quidam nec coire, nec parere putant III, 96, 12 s.; alii iis coitum tribuunt III, 96, 27 ss.; qui eas non coire censent, eas fœturam aliunde afferre asserunt, idque unde III, 96, 13 ss., cf. III, 97, 5; III, 385, 31 s.; qui iis coitum tribuunt, eas feminas esse aiunt III, 96, 27 ss.; alii eas fucorum fœturam aliunde afferre censent, ipsarum vero a regibus pari III, 96, 18 ss., cf. III, 385, 34 s.; idque quia, ut ferunt, rex ubi deest, earum fœtura non innascitur III, 96, 25 ss.; III, 386, 17, 35 s.; fœturam aut generare, aut aliunde afferre debent III, 385, 30 ss.; si fœturam aliunde ferant, aut sponte nata, aut ab alio animali edita esse debet III, 385, 32 s.; fieri etiam potest, ut fœturam partim aliunde afferant, partim generent III, 385, 33 s.; si fœturam generent, aut e coitu aut sine coitu generare debent III, 385, 35 s.; si coitu, aut quodcunque earum genus per se coibit, aut unum reliqua generabit, aut aliud cum alio coibit III, 385, 36 ss.; argumenta quæ probant eas fœturam aliunde afferre non posse III, 385, 47 ss.; argumenta quæ probant eas fucorum fœturam solam aliunde afferre non posse III, 386, 21 ss.; si fœturam aliunde afferrent, etiam in iis locis nasci deberent, unde eam afferunt III, 385, 47 ss.; argumenta quæ probant earum fœturam alius animalis semen non esse III, 386, 1 ss.; quatenus sine coitu generent, piscibus quibusdam similes sunt III, 385, 28 s.; III, 386, 37 s., 54 s.; quatenus vero non se ipsæ, sed aliud genus hoc modo procreent, ab his piscibus differunt III, 387, 1 s; id autem fit quia non ex eodem sed e cognato genere procreantur III, 387, 3 ss.; igitur non eodem modo generantur quo muscæ III, 387, 3 s.; in cellulis separatim generantur III, 402, 24; hinc nunquam apud eas occurrit partus monstrificus III, 402, 22 s.; earum vermes aluntur et manifesto stercus habent III, 93, 49 s., cf. III, 97, 46, v. *Vermes apum et vesparum*; earum nymphæ nec cibum sumunt, nec amplius stercus habent III, 93, 51 s., cf. III, 97, 47, v. *Nymphæ*; ubi prolem alunt, aquam foris afferunt III, 198, 2; cellulas plenas cera oblinunt III, 199, 48; quæ multum strepitum edunt exeuntes et intrantes soboli operam dant III, 200, 16; ideoque si id faciant, bene valet alvearium III, 200, 14 s.; soboli, postquam incrementum ceperit, cibum apponunt ac cellulam oblinunt III, 198, 13 s.; iis per hiemem cibum relinquunt apiarii alvearia castrantes, idque quare III, 198, 18 ss.; sobolem suam devorant, ubi quis ei antequam pedes et alas habeat, corpus amputarit III, 97, 48 ss.

Apes (*de earum morbis et inimicis*); earum desidium morbis alveariorum accensendum est III, 199, 22 s.; quibusnam tempestatibus inprimis ægrotent III, 168, 32 s.; III, 199, 26; quænam animalcula iis nociva in alveariis gignantur III, 168, 22; III, 197, 6 s.; III, 199, 19 ss.; quænam eorum non pungant nec expellant III, 168, 29, 31 s.; ægrotante alveario, interdum aliena domicilia invadunt et mel rapiunt III, 199, 14 s.; evenit jam ut apiarium non pungerent quum alias apes ipsarum domicilium invadentes necaret III, 199, 15 ss.;

temporis ea uti possimus IV, 223, 32; confert ad concoctionem IV, 327, 37; nihil tale in mores efficit quale vinum IV, 265, 45; per ejus excessum nonnulli medici sanant IV, 108, 4; in aurem si infusa fuerit, cur oleum superinfundant IV, 279, 17 ss.; quamobrem polenta ea subacta melius cohæreat quam oleo IV, 224, 39 ss.; cur in ea minus concumbere possint homines IV, 139, 15 ss.; ejus fluentis fæci similia sunt viscera III, 230, 39 s.

Aqua (*ad cetera elementa quomodo se habeat*); aere natura prius, ea vero terra II, 480, 11; aeri similis est II, 427, 34; item terræ II, 427, 36; ei similis est aer, *ibid.*; in ea contineri nequit aer, idque quare III, 484, 40 s.; in ea omnino aerem non esse affirmamus III, 664, 47; ubi comprimitur, aer ejaculatur II, 294, 2 s.; ubi in aerem mutatur, alteratione fit accretio II, 294, 4; ex ea fit aer II, 349, 30; quodammodo potentia leve est II, 349, 40, cf. 30; aeris materies est II, 291, 48; potentia aer est II, 291, 49; actu materies aeris est, potentia vero actus aeris II, 292, 2; aerem tangit II, 292, 3; ubi in aerem mutatur, eadem manet materies, item vice versa II, 298, 3 ss.; ex aere fit, et vice versa, idque altero intereunte II, 440, 23 s.; II, 487, 16, 23; ubi ex ea fit aer, locus periit II, 287, 28; ubi ex aere fit, ambo pellucida vel frigida manere possunt et tamen generatio obtinere II, 440, 29 s.; ubi ex aere facta est, gravior est II, 420, 21; ex eo plus fit aeris II, 297, 40 s.; non augetur, sed interit, ubi in aerem transit II, 442, 32; eodem modo ex aere est ac gignitur aerque ex ipsa quo lateres e domo et domus e lateribus II, 253, 49; si ex aere fiat, et ex ea rursus aqua, hæc generatio aliquatenus numero, aliquatenus specie reciprocat II, 467, 50, cf. 38; semper tantum ejus in aerem mutabitur quantum aeris in aquam, aut motus non erit, aut fluitabat universum, si non sit inane, aiunt ejus assertores II, 297, 13, 38 ss.; id quod verum est si circulo non fit motus II, 297, 45; tam intra terram quam super terra ex aere fit III, 568, 42 ss.; idque propter frigus III, 568, 44 s.; ubi in parvas particulas discerpta est, facile in aerem transit, ubi in unum collecta, difficilius II, 437, 4 ss.; aere fieri potest, idque quomodo II, 457, 25 ss.; ex ea terra fieri potest, idque quomodo II, 457, 28 ss.; ex igne fieri potest, sed difficilius, idque quare II, 457, 36, 38, 42 s.; ex ea ignis fieri potest, sed difficilius, idque quare et quomodo II, 457, 37 ss.; etiam ex aere et terra fieri potest, sed hæc mutatio, etsi facilior, non reciproca est II, 457, 45, 47, 52; quomodo id fiat II, 458, 1 ss.; ex igne fit II, 487, 12; ex ea fit terra II, 487, 12 s.; ex igne fieri nequit, nisi iis subsit materies communis II, 461, 43; si ex igne fieri nequeat, vel si ex ea fieri nequeat terra, e molli quoque durum non fieri poterit II, 433, 26 s.; ignem nutrit, non vero vice versa III, 449, 47 ss.; igitur alimenti partes agere videtur III, 449, 50 s.; igni quam maxime contraria est II, 177, 30; ignis quadantenus alimentum est II, 177, 33; nimia ignem exstinguit II, 177, 35; igni interitus causa est III, 527, 31 s.; igitur et quæ ea constant, nisi congerie e multis rebus facta sint III, 527, 34 ss.; ea exstinguitur flamma et corpora candentia, non vero lumen III, 478, 9 ss.; in ea nulla res liquitur quæcunque ab igne liquefit IV, 139, 16; ea solvuntur quæcunque igni solo concreta sunt III, 618, 10 ss.; quæ ad eam spectant, igne non concrescunt III, 616, 5 s.

Aqua (*ejus pondus*) : modo gravis, modo levis est II, 429, 45; II 430, 7; gravitatem habet II, 411, 43; ubique gravitatem habet nisi in terra II, 429; in ea gravitate caret aer II, 429, 2; terra levior esse dicitur II, 426, 3; II, 404, 48; aliis subsidit, aliis supernatat II, 428, 32; II, 430, 6; excepta terra, omnibus subsidit II, 430, 7 s.; deorsum fertur II, 368, 47; alio modo levis vel gravis est quam ignis aut terra II, 428, 30 s.; terræ supernatat quælibet ejus pars II, 428, 34 s.; igitur terra levior est, non simpliciter levis II, 428, 33 s.; igni subsidit quælibet ejus pars II, 428, 35 s.; igitur igne gravior est, non simpliciter gravis II, 428, 33, 35; aeri subsidit quælibet ejus copia II, 428, 38 s.; igitur si cum aere conferatur simpliciter gravis est II, 428, 36 s.; ea levior aer II, 404, 47 s.; ei innatat lignum vel simile quiddam II, 404, 4 s.; si ei innataret universa terra, etiam unaquæque pars terræ ei innataret II, 404, 50; ejus respectu levis est aer, terræ respectu levis est, *ibid.*; in suo loco gravitatem habet II, 430, 18; levitatem non habet, nonnisi in iis quibus supernatat II, 430, 20; si ei subtrahetur terra, in ejus locum abit idque quare II, 430, 21 ss., 30, 33; nonnisi vi sursum in aeris locum trahi potest, idque quando II, 430, 24 ss.; in ea leviora sunt quæ majorem aeris copiam quam ejus vel terræ continent II, 429, 5 ss., cf. II, 428 43 ss.; in ea sæpe propter exiguitatem supernatat terra vel aurum III, 566, 18 s.; ei innatant laminæ ferreæ vel plumbeæ, subsidunt vero corpora longa vel rotunda, etiamsi sint minora vel leviora II, 431, 18 ss.; si ei imponatur cubus ligneus, si non comprimatur, tantum aquæ transponetur, quantum cubi magnitudini æquat II, 296, 32 ss.; in ea res graviores et majores medium petunt propter conversionem II, 405, 44; in dulci mergetur ovum, in salsa natabit IV, 33, 41 ss.; per eam celerius quam per terram feruntur corpora II, 295, 15; celerius quam per eam per aerem feruntur corpora, idque quare II, 295, 15, 24 s., 27 s.; ejus potabile et dulce quod est attollitur universum propter levitatem, quod salsum est præ pondere remanet III, 577, 5 ss.; quod magis potulenta est, eo levior est IV, 234, 26 s.

Aqua (*quatenus frigida vel calida sit*) : refrigerat III, 232, 41 s.; III, 424, 42; ea extrinsecus fieri potest refrigeratio III, 263, 5 s.; ea refrigerantur pisces III, 263, 8 s.; minus cito refrigerat et minus celeriter penetrat quam aer III, 547, 32, s.; calidissima et frigidissima reddi potest IV, 109, 21; e puteo hausta cur frigidior reddatur si in ipso puteo suspensa pernoctet fr. 199, b; injectis lapillis et incudibus refrigeratur et duratur fr. 198, b; frigore concrescit III, 235, 37; hieme congelatur III, 566, 8; universa simul congelari potest III, 489, 50; quodsi vero permagna ejus copia adsit, ita afficitur, ut insequens semper a præcedenti afficiatur, prima vero ab ipso congelante III, 489, 51; antea calefacta celerius refrigeratur III, 567, 29 s.; in superiore regione congelari nequit III, 566, 13; idque quia sublimis manere nequit III, 566, 15, cf., tamen III, 567, 17; quæ ea constant frigore concrescunt III, 233, 27; idque ita ut rursus solvi queant III, 233, 29 s.; eam non solum concrescit, sed etiam exsiccat frigus III, 617, 29 s.; facile resiccatur III, 424, 43; quæ in calidis regionibus vel tempestatibus concrescit, cito incalescit III, 567, 36 ss.; calore non crassescit III, 349, 39 s., 49 s.; idque sola III, 482, 40 s.; ea tardius incalescunt, sed calefacta magis urunt ferrum et lapides III, 232, 45 ss.; non semper eo magis calefit, quo magis augeas ignem, idque quare III, 404, 5 s.; si ultra modum augeas ignem, evaporatur evanescitque ac siccescit, idque quare III, 405, 6 s.; vehementius urit quam fumus, idque quare III, 625, 14; cur etiamsi interdum calidior reddatur quam flamma, ligna non deurat

quæ non movetur putrescit IV, 149, 22; IV, 288, 22; per partes divisa celeriter putrescit, idque quare III, 111, 8; ejus magna copia difficilius corrumpitur, eique æquiparanda est multitudo, 539, 25; ubi putrescit, pallidos efficit IV, 192, 19.

Aqua (*quomodo animalia afficiat*); ea constitui non potest corpus anima præditum, idque quare III, 459, 20 ss.; animal non facit ex sese II, 464, 14; ei tribui possunt aquatilia III, 389, 18; ea præcipue constant aquatilia III, 546, 20 s.; in ea fieri nequit respiratio III, 457, 41 s.; ad vitam sustentandam magis idonea est quam terra III, 388, 46; in ea inveniuntur naturæ humidæ III, 547, 9 s.; in ea fiunt animalia ac plantæ sponte pullulantia, idque quomodo et quare III, 389, 53 ss.; III, 390, 9 ss.; quæ in iis nascuntur insecta, eodem modo consistunt ac reliqua sponte orta III, 385, 1 ss.; in ea et terra animalia sunt, non vero in aere et igni, idque quare III, 614, 35 ss.; quomodo ex ea fiat materiale principium plantarum ac animalium sponte nascentium III, 390, 44 s.; nonnullis exsanguibus ad vitam sustentandam auxilio est III, 544, 1 s.; ad eam se habent testacea ut plantæ ad terram III, 388, 49 s.; quanam parte eam recipiant mollusca III, 328, 14 s.; tam frigida quam calida cur pernionibus prosit IV, 117, 42 ss.; eam recipiunt pisces III, 317, 49; in ea degunt pisces III, 317, 49; eam partibus branchiis similibus recipiunt et emittunt crustata III, 286, 8; quando eam transmittant branchiæ III, 551, 5 ss.; ea cor subeunte, e branchiis emittitur III, 551, 7 s.; ab ejus receptione apud pisces pendent vita et mors III, 551, 11 s.; ea eodem modo utuntur pisces serpentibus similes quo serpentes terra III, 6, 19; III, 301, 26 s., cf. III, 309, 12 s.; in ea natant pisces III, 316, 10 s.; ut per eam celerrime et validissime moverentur, pinnas a latere adnexas habent pisces iis præditi III, 316, 18 ss.; per eam utpote cedentem facile et prorsum et retro pinnarum impulsum sequuntur piscium corporis partes III, 316, 20 ss.; nihil esse videretur, si pisces ferrei essent II, 297, 7; ex ea supera non aluntur III, 577, 1; alere nequit IV, 327, 38; si nihil ei admisceatur, alimento inservire nequit, idque quare III, 487, 41 s.; cum ipsa, tum res ex ea factæ plantis ac animalibus alendis inserviunt III, 390, 41 s.; impedit quominus pisces diu alimentum exsugant vel lævigent III, 250, 48 s.; III, 253, 5 ss.; eam simul cum cibo recipere coguntur pisces III, 253, 4 s.; eam maxima copia assumunt animalia III, 397, 45 s.; in omnibus rebus, vel in siccis alimento est III, 397, 46 s.; multum confert ad alimenti bonitatem et corporis dispositionem III, 397, 42 ss.; ei danda qui corpore male præditus est II, 160, 53; ex ea petunt alimentum balæna, delphis et cete hisce similia III, 303, 6 ss., 19; quam ore una cum cibo receperint per fistulam rursus emittunt eadem III, 303, 4 ss., 11; in ea degunt palmipedes aves III, 317, 35; eam melius propellunt pedes crassi quam longi III, 317, 43 ss.; videtur ejus major copia gruum senescentium alis contineri, quam ut facile putrescere possit III, 424, 34 s.; puram præferunt boves III, 155, 11 s.; III, 167, 45; turbidam vero cameli et equi III, 155, 12 ss.; III, 167, 40 ss.; eam diligit equus III, 167, 43 s.; quænam ovibus autumno utilior III, 155, 43 s.; si in eam descenderint sues a scorpionibus icti, citius moriuntur III, 170, 24 s.; quatenus per eam ingrediatur elephas III, 205, 22 s.; purissimam diligit apis III, 156, 17 s.; si impuram biberit, mel revomit apis III, 199, 30 s.; eam foris afferunt apes, ubi sobolem alunt III, 198, 2; eam melli miscent, thymum elaborantes priusquam ceram cellulis obducant III, 199, 47 s., cf. III, 200, 8 s.; quæ eam foris afferunt apes, nulli alii labori operam dant III, 197, 54 ss.; III, 200, 8 s.; ubi bona est, ibi etiam bonum est pabulum III, 155, 6 s.; male olenti si rigetur medica herba, mala est III, 155, 10 s.; ejus beneficio crescunt sata hortorum III, 261, 49; eam in vasculis arborum radicibus apponunt ad siderationem prævertendam III, 536, 17.

Aquæ (*earum variæ differentiæ*); quæ circum terram inveniuntur aut fluunt aut stagnant III, 574, 29 s.: fluentes omnes ex fontibus manant III, 574, 31; stagnantes partim collectitiæ sunt ac subsidentes, partim puteales III, 574, 35 ss.; collectitiis accensendæ sunt paludosæ ac lacustres, copia majore vel minore differentes *ibid.*; puteales omnes arte factæ sunt, sicut cisterninæ III, 574, 37 s.; omnium fontes necessario in loco quodam editiore sunt III, 574, 38 s.; aliæ sponte fluunt, ut fontanæ et fluviatiles, aliæ manu egent artifice III, 574, 40 s.; omnium radix dulcis est IV, 33, 29; sistuntur ac mutantur secundum ventorum motum ac quietem III, 413, 44 ss.; earum maxime ratio habenda in urbe condenda, 613, 20, 27; pertinent ad res quæ plurimum ad valetudinem conferunt, 613, 30; si non admodum abundent, nec omnes inter se similes sint, potui idoneæ a reliquis distinguendæ sunt, 613, 32; cur earum mutationem morbidam esse affirment IV, 110, 36 ss.; cur magis morbida sit quam ciborum IV, 110, 44 ss.; cur quæ ex nive glacieve diluta fit deterrima sit ad potum fr. 199, b; si mutent quibus lavantur animalia lavari solita, pediculis obnoxia esse solent III, 101, 33 ss.; idque quare IV, 111, 7 ss.; una cum earum mutatione nonnulla animalia pilorum colorem mutant, idque quomodo III, 49, 13 ss.; IV, 166, 47 ss.; aliæ efficiunt ut oves eas bibentes semper nigros, vel albos, vel rufos agnos pariant III, 49, 15 ss., v. etiam *Fluvii*; inprimis colorem mutant animalium multicolorum sed toticolorum, III, 425, 37 s.; calidæ plus aeris quam aquæ continent III, 425, 41; igitur calidæ albos faciunt pilos, frigidæ vero nigros III, 425, 39 s.; eodem modo agunt in plantas III, 425, 40; aliæ sterilia, alia fœcunda reddunt animalia eas bibentia, aliæ marum, aliæ feminarum partum iis conciliant III, 397, 47 ss.; sunt quæ capris et ovibus masculinum vel femininum partum concilient III, 124, 10 s.; salsas si bibant oves prius ad coitum incitantur III, 124, 20 s.; quoties saliendæ ovibus præbendæ sint III, 124, 21 s.

Aqua si suffocet, quæritur, secundum proverbium, quid amplius bibendum sit II, 78, 9.

Aquæ acetosæ; arbores in iis nascentes dulcem fructum faciunt, idque quare IV, 43, 20 s.

Aqua acida (ὀξέα); ejus fons in Sicania Siciliæ III, 583, 2 s.; circa Lyncum, III, 583, 6.

Aqua adventitia (ἐπακτόν); ea est quæ se in lanam, e. gr. insinuat III, 615, 26.

Aqua amara (πικρόν); ejus fons in Scythia III, 583, 7 ss.

Aqua calefacta (θερμανθέν); calidior quam ipsa flamma fit IV, 267, 12 s.

Aqua calida (θερμόν); cur affusa minus calida videatur oleo perunctis IV, 236, 29 ss.; cur ei immersa membra non sudent IV, 120, 1 ss.; cur si in ea teneat quis pedem, moto pede aqua calidior esse videatur IV, 238, 27 ss.; cur ruget, ignis vero non IV, 237, 24 ss.; pota sanat alvi fluxum apud elephantes III, 168, 8 ss.; ea affusa oritur horripilatio III, 505, 49 s.; cur qui ea usi fuerint alsiosi sint IV, 114, 9 ss.; cur quæ parum temporis in ea maduerunt, tumeant, quæ vero multum collabantur et corrugentur IV, 238, 6 ss.; in locis ubi

